

PASSIO  
DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

吾主苦難的追憶


(週日默想)

PASSIO  
DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

MEDITATIONES PER HEBDOMADAM.

*AUCT. P. THEODOSIUS MAESTRI, O. F. M.*

*TRANSL. P. SOLANUS LI O.F.M.*



*Cum permissu Superiorum.*

## **Praefatio.**

Sacerdos confrater! Sicut panis est usualis cibus corporis, et sicut SSma Eucharistia est pro nobis quotidiana refectio animae; ita quoque Passionis D.N. Jesu Christi pia recordatio deberet esse spiritus nostri singulorum dierum nutrimentum, nec umquam omitti, nisi quis de vita glorificata Jesu mysterium aliquod mente versaret: sed crux dominica in ipso caelo refulget, ac sanctissima Jesu vulnera semper divino Patris aspectui praesentia sunt.

Prout tibi pietas suggesserit, in meditandis Jesu doloribus una vel altera ex sequentibus rationibus animo recurrat: Quis est qui patitur?... Quae et quanta patitur?... A quibus patitur?... Pro quibus patitur?... Quales patiando exercet virtutes?... Quomodo Passioni Jesu compatitur SSma Virgo?..

Devotionem sensibilem ne quaeras; sed quieta consideratione, utcumque possibile erit, objectum recogita, naturales cujusque scaenae circumstantias memora et restitue, simulque Jesum in ipsis, absque contentione et labore.

Si illectum te senseris, placide vaca quantum tibi fas erit; sin autem ariditate, languore vel taedio affectus fueris, age quod necessarium est. quin animo cadas vel crucieris.

## 吾主耶穌受苦辱的週日默想

### 序言

至敬神昆！有如饅頭是我們日用的食糧。聖體是我們靈魂上每日的滋養品。同樣吾主耶穌受難虔誠的追憶，該是我們靈魂上每日的補養物。所以不可把耶穌苦難的回憶放過，而不去默想他。除非你的明悟是在默想着吾主在天光榮生活的奧蘊；因為吾主的十字架，在天輝耀如日，他的聖傷永遠地擺在聖父的面前。

默想耶穌的苦難，或者從以下一二理由上，可以激起你的熱心，譬如：是誰受難？……受的什麼苦？受了多大的苦？……受了誰人的難為？……為誰們受苦受辱？……受苦時修了什麼德行？……至聖童貞母怎樣參與了耶穌的受苦受辱？……

切不要追求感覺能嘗着的熱誠；盡你所能，靜寂的默思，將你要默想的題目，再三玩味，回憶着出諸自然景象之中的悲劇細目與瑣事，同時從容地靜觀這慘劇中的耶穌！

Coram Deo te siste, vel coram SSmo Sacramento: divinum auxilium postula, et Matris dolorosae, Angeli custodis placitorumque Sanctorum invoca patrocinium, ac deinde hunc vitalem sume cibum, nulla alia actus sollicitudine quam ut voluntarias evites distractiones.

Praecipue vero in Jesu et Matre dolorosa fiduciam repone, varios animi motus et affectus coram Deo fovens et pandens, ac demum aliquod utile propositum inde concipias.

如果你被此悲劇所打動，那末你就寂靜的任情領會與玩味，如果感不到興趣，只是一味乾燥乏味，無聊疲憊，你莫要灰心喪志，要努力罷勉！

站在天主面前，或聖體跟前：求天主的助佑，呼求痛苦之母，護守天神，及你心愛的聖人聖女們救你，以後再拿起這富有維他命的食物，咀嚼着，體味着。其他別的事，無需你去管理，只要避免你有意的分心。

特另對耶穌及痛苦之母要有倚恃心，在天主面前，盡力披露你的心頭，保持着他賜給你的種種善情，最後要定一善志，奮勇猛晉！

## DIE DOMINICA

---

### De necessitate Passionis dominicae recolendae.

---

#### 1. Dei amor in homines.

“*Deus caritas est*”, qui creans nos, primum et magnum amoris sui testimonium dedit nobis. Insuper creavit nos ad “*imaginem et similitudinem suam*”, ideoque capaces cognoscendi eum et diligendi; sed et iussit nos redamare eum, nihil amplius quaerens, quam felicitatem nostram, dignationem suam eo usque perducens, ut in suis vita spirituali Pater noster fieret ac in filios nos adoptaret.....

Nos autem, rebus sensibilibus abstracti, parum vel nihil curavimus de ejus amore in nos, neque eum redamare satagemus; imo in peccata prouentes amorem ejus negleximus....., despeximus!...

Voluit ergo caritatem suam ipse palam ostendere: assumpsit naturam nostram, sub qua celavit suam divinam majestatem; suscepit infirmitates

# 吾主耶穌的苦難 (週日默想)

星期日(主日) 追憶吾主苦難的必要。

## 1. 天主對人類的愛。

「天主是愛情」，他因着造我們，他給予我們自己愛底第一個也是絕大的証據；天主造我們是「照着自己的形象及按着自己的樣式」造了我們。使我們成爲認識他愛慕他的人。他命我們以愛還愛，原因是爲產出我們的永生以及他的尊位，他願意在他的神聖生命中作我們的父親，視我們爲他的義子……

然而我們被有形的事物所紛擾，罕有或注意到他對於我們的愛，至於以愛報愛，更談不到。不只如此，且陷於罪惡，疎忽他的愛……藐視他的愛……

他願意當衆彰明自己的愛：他取了我們人性，將自己的威嚴隱藏在人性之下；爲惻隱我們，接受了我們的虛弱，洗滌了我們應受的罪罰，止息了天主父的義怒，恢復了我們失掉的清



nostras, ut nobis commiseraretur; imo poenas peccatis nostris debitas ipse luit atque divinae justitiae satisfacit reddens nobis innocentiam amissam.

Poterat nobis culpam et poenam simpliciter condonare; sed quod sufficiens fuisset pro nobis, satis non fuit pro ejus liberalissimo et infinito amore: seipsum totum pro nobis dedit atque devovit.

Nam tradidit nobis suam gratiam, doctrinam et ecclesiam, ipsam Matrem suam, suum corpus et sanguinem, merita sua, suum regnum et gloriam!... Cur?... Quia amat nos, et ut intelligamus amorem ejus, ac amorem pro amore rependamus, et beati simus ex ipso, in ipso!....

### Affectus.

Ecce, o bone Jesu, quare nondum te amo, postquam tu me tantum dilexisti, tantaque pro me passus es! Adhuc ignoro amorem tuum, quoniam si bene noscerem, quomodo non arderem et ego amore erga te? Fieri-ne potest, ut quis sic ametur et amantem non redamet?

Ego cognoscebam amorem tuum, quia aliquid audiveram de eo vel legeram; sed ego non legi amorem tuum in teipso, libro vivente, neque scien-

白。天主能直率地宥恕我們的罪惡與罪罰，這樣做，也足以使我們清白自新，然而却不能滿足他慷慨的和他無限富裕的大愛；所以天主將自己整個的爲我們犧牲了，奉獻了。

他把他的聖寵，訓誨，教會，他的母親，他的體血，他的救功，他的天國以及他的光榮，都給了我們……他爲了什麼？……因爲他愛我們，也願意我們認識他的愛，以愛還愛，使我們從着他并在他內變爲最有幸福的人！……

善情：

好耶穌！爲什麼在你如此愛我如此受苦以後，我還不以愛報愛呢？我還不認識你的愛情，如果我真的認識，那末對你的愛何以仍未熾熱起來呢？一個被愛者，若不對愛者還愛那末是能成立的事麼？

我認識過你的愛情，對於你的愛我曾聽到，我自己曾閱讀過；然而我沒有在你身上——生命冊上——讀過，也沒有用心知去領會過，換言之：我未有繼續默想過你的苦難。

tia animi et cordis percepi, idest meditatione assidua dolorum tuorum.

Ah! patientissime Jesu! concede mihi ut saltem nunc incipiam et quotidie hoc cibo salutari nutriar. Cupio ingredi ac intime penetrare ineffabiles tui amoris excessus erga me, ut quantum mihi vitae supererit et virium, hoc totum amori tuo tribuam. Amen.

## 2. Necessitas considerandi Passionem Jesu simul cum SSmo Sacramento.

Optimum subsidium, brevior ac tutior via ad cognoscendum amorem Dei erga nos est meditatio de Passione Jesu. Amor enim, dum patitur, facilius atque profundius commovet nostrum cor, nec ulla re magis afficimur et tangimur, quam videre amicum, qui patitur amore nostri.

Aiunt Sancti, vulnera Christi, amoris vulnera, sagittas ignitas esse, quibus duriora et frigidiora inflammantur corda. At ignoti nulla cupidol Quae enim raro et obiter videntur, ita leviter sensus afficiunt, quod cito oblitterantur. Ecqua peior dari potest incuria vel desidia quam haec, ipsaque frequens et universalis, ut nos non saepius Passionem Domini mente revolvamus?....

至容忍的耶穌！准許我至少今日開始，每日拿你的苦痛，作我有益心靈的滋養物，我切望往前猛晉，直至進入你極度愛情之中，盡我生命力量的所能，整個的來還報你的至愛。亞們

2. 默想耶穌受苦受辱聯續默想耶穌聖體的必要。

默想耶穌苦難是認識天主對我們之愛的最善方法，是簡短而穩妥的門徑。愛情受苦時，更容易也更深刻強烈的打動我們的心靈；沒有一件事比目睹到朋友為愛我們而受苦受辱，更能觸動我們的心。

聖人們都說：基多的傷痕，愛情的創傷，如同火紅的利劍，能焚化堅硬而冰冷的心。諺云：「不見不食」罕見或不注意所見之物，不容易使我們感到興趣，而且那些東西的影兒，會很快的消失於無何有之鄉，長久的不經心或疎忽最能使我們不易默思耶穌的苦難……

Agedum, nos quotidie ad sacram mensam accedimus; at si Passionem Jesu vel parumper considerare negligamus, quaenam alia exercitatio hanc supplebit, quam ipse nobis commendavit, dum ait: *Hoc facite in meam commemorationem?* Nonne ex hac oblivione et socordia demum fit, ut post tot quotidianae communionis annos, memoriae Passionis Jesu nondum simus assueti? et amoris ejus cognitio, admodum vaga, necdum ad stuporem nos adducat, neque ad redamandum accendat?...

### Affectus.

Domine mi Jesu! A tot annis e familia tua sum ego ac quotidie de tua sacra mensa vescor; sed vix cognosco amorem tuum in me. Delector quibusdam imaginibus, aliquibus exterioribus vaco exercitiis nonnullasque preces fundo in memoriam Passionis et amoris tui, at plerumque fugaci affectu; dum multa alia facilius in memoriam revoco iisque detineor. Attamen amoris et Passionis tuae recollectione jugiter occupari deberem et congruenter omnes vitae meae actus eidem informare.

Amantissime Jesu! Volo posthac diutius dolores tuos corde recolere, ut tandem ex eis discam amorem tuum in me amoremque rependam. Amen.

可幸。我們每日依然舉行聖祭，縱令我們很少或疎忽默想耶穌苦難，我們不是還有一種彌補這疎忽的練習，就是幾時誦到：「你們爲記憶我當如此行。」一語，會能激起我們的心趣麼？爲了這種可怕的忘懷及疎懈。雖每日領聖體，不是還不慣於默想耶穌的苦難麼？對於愛他的知識，不是仍漠然空虛，不是不能使我們驚異他的愛，不能使我們激發報愛的情愫麼？

善清：

吾主耶穌！我多年住在你的家中，每日飲領你的體血；但我僅僅認識你的對我之愛。有些聖像使我感到興趣，專心致力外表的神工，爲記憶你的苦難和你的愛也誦過一些經文，然而多半是霎時的感情；幾時其他的一些事物飛入腦中，即刻又忘了你的苦難與愛情；我們要努力，使你苦難和愛情的記憶，永遠佔據我的心，使我一生的行爲恰合你的苦難。

極愛的耶穌！而今而後，我願意時時記念你的苦痛，因之可以學知你的愛，也以愛還愛。亞們。

### 3. Divino amori respondendi necessitas.

Verus amor solo amore reponditur, atque amor amore respondere justum est. Amor ad seipsum postulat, ut quisquis nos amat, redametur a nobis eo quod amor ejus tendat in eundem ac amor noster, idest in bonum nostrum.

Etiam si aliae non essent rationes, ex hac una tantum Deus diligendus est supra omnes, quoniam ipse solus amat quemque nostrum majore dilectione quam quisque amet seipsum, cum nemo possit sibi tantumdem boni praestare, sicut Deus ex amore revera praestat cuique nostrum.

Ideo nos neque nos ipsos vere diligimus, nisi Deum redamemus, et nisi amor noster in nosmetipsos amori divino erga nos uniatur, conformetur et respondeat. Alioquin amor proprium non esset vera et pia caritas, sed passio inordinata et cupido.

Communiter nos non manemus indifferentes erga eos, qui affectum nobis utcumque demonstrant: inhumanum esset animum durum erga nobis benevolos exhibere; sed enorme habetur, si quis ingratum se praebeat erga benevolentes et benefactores.

At quanto magis nos gratissimos ostendere oportet Deo diligenti? et erga nos summe bene-

3. 回報天主至愛的必要。

惟有真愛能回報愛情，以愛報愛是一件合理的事，愛情對己要求凡愛我們的，我們也要報愛他，尤其其他的愛及我們的愛，都以我們的幸福爲目的者，我們更應愛他。

卽今沒有其他以愛還愛的理由，這一個理由，已足以使我們愛天主在萬有之上。因爲天主用了比人愛自己更大的愛，愛了我們。無人能够爲自己造，天主因愛而爲我們造的幸福。若不以愛還愛，使我們的愛與天主對我們的愛互相聯合，不能稱爲是真正的自愛。如果不然，自愛是虛僞的，不是真義的愛，是過度無節的自愛。

普通我們對愛我們的人，絕無冷淡，拿薄情或硬心腸對待我們的朋友，是一件不近人情的事；對自己的施恩者，表示忘恩負義，更是一種罪惡的行爲。

對於我們的恩主……極愛我們的天主……施恩於我們的天主，我們該怎樣的表示我們的感激之心呢？冷淡自己的恩主，是一種罪惡，忘恩負義是一種可惡的大罪……



volo?... benefico?... Sola indifferentia culpa est: ingratitude vero crimen odiosum!...

Atque negligens meditari Passionem Domini, eo ipso ignorat amorem ejus et manet indifferens erga benefactorem maxime liberalem; erga fidelissimum amatorem, erga sanctissimum amantem!...

Perfectio spiritualis, seu sanctitas, consistit in perfecta caritate erga Deum: itaque nos numquam perfecti et sancti erimus, quamdiu neglexerimus cognoscere quam amabilis sit Deus, cujus caritas in Passione Domini praecipue ostenditur, et quamdiu eum non redamamus.

Si semel bene cognoverimus caritatem Jesu patientis, fieri non poterit, quin ejus amori respondeamus et sanctificemur.

### Affectus.

Nescio, Domine Jesu, qua insana caecitate praepeditus, dum beneficientibus et me diligentibus volui me utcumque gratum ostendere, erga te tamen tam ingratum me probavi, quod parum et raro in vita mea Passionem tuam recogitaverim et torpuerim in amore tuo, quasi parum tu me amaveris, parumque pro me passus fueris.

Ecce tu pro salute mea "nasci voluisti, circumcidi, a Judaeis reprobari, a Juda traditore osculo

懶惰默想耶穌苦難，是不明瞭他的愛，是冷淡自己的大恩人，是薄待自己忠信的愛人，自己至聖的愛者……

心靈的齊全或全德是基於對天主的純真之愛，所以我們幾時疎忽認識天主是如何的可愛，或疎忽認識他那在他苦難中所顯示出來的愛或不以愛還愛，幾時也不能成爲一個齊全完整的聖人。

如果我們一次認識了受苦的耶穌底愛，我們不能不報答他的愛，自然會達到全德之境。

善情：

主耶穌！我不知道我是受了什麼癡迷所蒙蔽着？因爲我時常願意對加恩於我及愛我的人，表示謝意：惟獨對你是負義忘情，在我的一生極少緬思過你的苦難，對你非常冷淡，就如同你沒有愛過我，爲我沒有受過苦的一樣。

看！你爲救我甘願降生成人，忍受割損之苦，飽受猶太人的棄斥，遭受叛徒以口吻爲號的出賣，束手受縛，如無罪羔羊

“tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad  
“victimam duci, atque conspectibus Annae, Cai-  
“phae, Pilati et Herodis indecenter offerri; a falsis  
“testibus accusari, flagellis et opprobriis vexari,  
“sputis conspui, spinis coronari, colaphis caedi,  
“arundine percuti, facie velari, vestibus exui, cruci  
“clavis affigi, in cruce levari, inter latrones depu-  
“tari, felle et aceto potari et lancea vulnerari”.  
(Ex S. Augustino).

Tu integra vita tua pro me passus fuisti, quia  
me diligebas, et ego infelix vix ad haec adverti, et  
etiam nunc vix sensum aliquem experior compas-  
sionis.

Eja excita me, Domine, ab indolentia mea et  
fac, ut saltem deinceps erga Passionem tuam ve-  
rae pietatis cultum et gratitudinem exhibeam. Amen.

### Fructus.

Proprium teporem erga passionem Domini reco-  
lendam deplora et elice actus amoris et gratitudinis.

---

被領到死地，先解至亞納署，再審於蓋法署，解送總督府，又解至黑落德前！受假証人的忘告，受鞭笞酷刑，百般凌辱，受掌擊唾吐之辱，受茨冠撞頭及葦杖敲頭之痛，剝去衣服，用大鐵釘釘於十字架上，豎之二盜之中，口渴酸醋苦膽，肋膀被刺

（節錄聖奧斯定之言）

你整個生命，爲我犧牲了，你太愛我了。可惜我沒有注意到你的愛，到現在還沒有與你表示同情的心。

主！求你催捉我，使我至少自今日始，要深深地感謝你的愛，與你的苦難·亞們。

效果：要悔恨你對耶穌苦難記憶的冷淡，發愛慕與感恩之情。

## FERIA II.

---

### Dolores Jesu durante vita ejus.

---

#### 1. Dolores Jesu durante vita ejus.

Jesus simul cum natura assumpta dolores nostros tam corporis quam animae suscipere voluit, non solum ad nobis commiserandum, sed etiam ut nos doceret meritorum thesauros ex eis acquirere.

Quantum ad priores attinet, vita ejus integra in egestate transiit, quia Mater ejus SSma virtutibus quidem praedives, opibus tamen erat egena, ac pater nutritius simplex fuit opifex.

Nasci voluit in stabulo, quia parentes ejus inter omnes qui Bethlehem convenerant, ex exteriori habitu pauperiores existimati sunt et ideo impares ad solvendum pro hospitiis in diversoriis; propterea extra civitatem ad locum pro comitatibus camelorum divertere debuerunt. Octiduo post circumcisionis peracerbum subiit ritum.

Oblatio pro infante Jesu praesentato in templo fuit ea, quae statuta erat pro pauperibus, qui tamen aerumnis abundare solent; cito namque in exilium

星期一（瞻禮二）

## 耶穌生前的痛苦

### 1. 肉身上的痛苦。

耶穌取了人性，又接受了人類肉身上及靈魂上的痛苦。耶穌這樣作，不只是爲與我們同苦同難，且是爲教訓我們痛苦乃取得功勞的寶庫。

關於前一段：耶穌是度着整個的貧寒生活。他的母親雖富有偉大的德行，家產上却是清貧如洗。他的鞠養之父，是一位涼樸而貧微的匠人。

耶穌甘心生於馬槽：一天，他的父母向着白冷城走着，行行重行行。一路顛沛勞頓，於暮色蒼夕裏始達這座山坡荒涼的古城。客寓主人見二人之衣服貧寒，皆以店中客滿而辭之。二人無奈何，只好退出古城，進入一個冷峭陰暗的山洞。聖母分娩已臨，就在此洞中產生了救世者耶穌。

即滿了八天，按天主的法律就給孩子行了割損禮，聖母取

fugere coacti sunt, tanta in incommodo itinere et in Aegypto passi, quae ipsi soli nobis enarrare possent.

Inde redeuntes in terram Israel, non potuerunt regredi Bethlehem, sed in terram remotam usque Nazareth reverti debuerunt.

Occupatio Jesu per tot annos fuit durus fabri-lignarii labor: vestitus ejus erat simplicissimus, cibus usualis et parcus.

Cum autem regni messianici praedicationem inivit, hac illac vagans, lassus, esuriens atque sitiens, jure dicere potuit: *Vulpes foveas habent et volucres caeli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.*

Hae molestiae videri possent non tam magnae, si tremendae Jesu Passioni comparentur; at eis plena fuit saltem trigintatrium annorum vita, quam sicut ipse eam vixit, sola SSma Virgo et S. Joseph imitari potuerunt.

Quodsi tam longa laborum tolerantia non ita terribilis extitit sicut cruciatus tremendae Passionis, at tamen abunde quoque sufficit nobis, ut saltem erubescamus.

Nos quidem quandoque patimur; sed qui sumus nos? et tandem patientia nostra sive magnitudine, sive duratione quantula est, et quam infirma!...

潔及獻耶穌於主堂時，獻了貧者的獻儀；天神夢示若瑟於夜間同着聖母携帶聖嬰逃亡埃及，一路荒涼寂寞，絕少人煙，越嶺涉川，困難頗多，在埃及所受的苦，只有二位聖人能向我們講出。

聖家安返故里，不敢向如達地面去。夢中又蒙天主啟示，轉赴加里肋亞省納匝肋而去。

耶穌多年隱居納匝肋；他的生活，定不是終日默禱，他還同着他的鞠父若瑟做勞働用力的工作。衣食極爲通俗儉樸。

耶穌傳天國的時候，到處奔跑疲倦飢渴，不得飽嘗，無安身之地，正如經上說：「狐狸有窠，飛鳥有巢，人子無置頭之地。」

以上所受的苦，如果與他那可怕的蒙難比較，不能說是大的苦痛；三十年的苦惱生活，只有他的母親及他的鞠父方能取法。

他的這長期忍受苦勞的苦痛，雖不能與他那可怕的蒙難相比，然而也足以使我們慚愧了。



Adorabilis Jesu! Certe confundi debeo de mea absurda mollitie et aversione ad patiendum, ego, qui omni poena dignus sum et tam longe a tua delicata sensuum perceptione.

Taedet me doloris, quia non intendo ad tecum patiendum pro amore tui, qui tanta amore mei passus fuisti.

At si tandem, uti spero et cupio, patiendi pro te pretium immensum tua gratia adjuvante cognovero, ego quoque, amabilis Domine mi, ingeminabo: Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum ad faciendam voluntatem tuam, ad patiendum tecum!

Sanctissime Pater caelestis, per dilectum Filium tuum da mihi animi robur et aequitatem in omnibus doloribus et patiendi amorem. Amen.

## 2. Dolores in anima.

Dolores Jesu in corpore leviores fuerunt in comparatione cum poenis et maerore quae in anima et corde sanctissimo absque interruptione ipse sustinuit in vita, quae tota crux extitit et martyrium.

Passio enim nostri amantissimi Salvatoris ex ipso sinu Matris incepit, quoniam a primo instante suae vitae humanae clare praevidit omnia, quae ipsum

不錯，我們有時也受苦痛，但是我們是什麼人呢？我們無論怎樣忍耐，時間無論如何長久，終究我們的忍耐是有限的，是懦弱的。……

善情：

可欽崇的耶穌！我應當慚愧我的柔懦，及我憎惡忍德之罪，我堪當受一切罪罰，到現在我還不認識或感到你心中的苦痛。

爲你愛我的愛，我還沒有勉力同你一齊忍耐，我甚是憂苦。

我切願，因着你聖寵的帮助，認識你受苦的價值。可愛的耶穌，我再三地求你准允；主！我心已備，要承行你的聖意，要與你一同受苦

至聖天上大父，因你聖子賜我神力，平心忍受一切苦痛。亞們。

manebant in hac mortali commoratione, juxta Patris amabilissimam voluntatem, qua ad patiendum pro redemptione nostra destinabatur. Ex tunc Jesus libens obtulit se Patri, dicens: *Eccè venio ut faciam voluntatem tuam.*

Pater caeca peccantium malitia jugiter offensus, genus humanum densis errorum tenebris involutum, populus electus aberrans et pertinaciter obstinatus in spe messianica terrena necnon excaecatus circa librorum sanctorum interpretationem; sacerdotium ambitionis et factionum ludus; pharisaei hypocrisi et superbia repleti; scribae et legis doctores invidi atque malignantes; tyranni suspiciosi et crudeles; simpliciores decepti et oppressi; ipsi consanguinei Jesu diffidentes et infensi; apostoli denique et discipuli rudiores, tardi ad credendum et intelligendum... ecce rerum, personarum, actionumque ambitus, in quo vitam degit Jesus!... Ecce totidem intimae afflictionis motiva!...

Jesus haec omnia, sicut et reliqua totius mundi mala, perspecta habebat clarius quam nos lucem solis, et simul videbat omnem moralem turpitudinem inde sequentem.

Considera ineffabilem Jesu amorem ad Patrem, et caritatem Patris et Filii erga miserum genus humanum!... Considera tantam Jesu misericordiam, suavi-

## 2. 靈魂上的痛苦。

耶穌的靈魂及他的至聖聖心，在這滿有十字苦架和致命危機的世界上所受的苦痛比他肉身上所受的，更爲劇烈難堪。

我們可愛的救世主的蒙難，已在他聖母胎中開始了。在他取了人性的當兒，很清楚的預見着他日後臨到他身上的一切，然而他是全按着聖父的旨意，去救贖我們，忍受一切苦難。那時他已將自己全獻於聖父了，他曾向聖父說：「看，我來了，是爲承行你的旨意」。

聖父爲了犯罪者的盲目無知，永久受着罪人的凌辱和冒犯；整個的人類淪於錯謬的黑暗；天主的選民走入迷途，頑固的期待着默西亞現世君王，拘泥聖經的注釋；司祭長們貪權務利，黨爭叛亂；法利塞人僞善欺人，傲慢自居；經師們妒視相殘；苛刻暴君，狐疑爲害；心直者受人欺壓；耶穌的親友躊躇疑惑他，仇視他；門徒們鹵莽無知，信德脆弱，明悟遲頓……着！耶穌就在這些階級不等，個性各異，環境不同，生活懸殊

tatem, caelestem doctrinam et miracula nihil pro multis profutura, nisi ut magis ingrati fierent, et ipse acrius sentiret insidias eorum, insultus, suspiciones, calumnias, blasphemias, eorumque illum perdendi consilia.

Haec considera, anima mea, ac forsitan reperiens Cor illud SSmum continenter fuisse oceanum maeroris et amaritudinis!...

Mysterium de perfecta summaque beatitudine animae sanctissimae Jesu deque summo ejus dolore latet nos; sed si parum illud corde meditaremur, oh, quomodo solaretur atque roboraret nos ad tolerandas molestias nobis illatas necnon ad misericordiam fovendam erga miseros peccatores!...

### Affectus.

O Cor sacratissimum Domini mei Jesu, afflictione plenum! Non facile percipio tuos intimos dolores, quia non nisi in horto tu dixisti: *Tristis est anima mea usque ad mortem*....

Attamen ex Evangeliiis, in vita tua numquam, neque semel, te subridentem invenio, dum non semel flevisi!... Et querelae tuae de ingratitude et duritie cordis Hebraeorum, comminationes ex caritate procedentes, ardentissimae quoque preces tuae nonne

的人中度了他的一生！……這也正是他靈魂及聖心憂苦悲哀的原動力。……這些苦痛以及世界上的一切災難，耶穌比我們看得更清楚，同時他也看清了未來的一切倫理醜惡。

要默思耶穌對聖父所有的愛，及聖父聖子對卑陋人類所有的愛！……默思耶穌的仁慈，和藹，訓誨和奇蹟，爲許多的人不但無益而且使他們變成忘恩負義的人；耶穌很快的揭露了他們的奸計，進攻，狐疑，誣告，詛祝，以及他們陷害他的智謀。

我的靈魂！要默想以上種種，以後或者你會發見耶穌的至聖聖心，永久是憂痛苦辣的大海。

關於耶穌的聖靈魂享受充分而且絕頂的福樂，反忍受極大痛苦的玄妙理論，我們是不得而知；如果我們很少默思這段道理，我們怎能得心靈上的慰藉？怎能去忍受一切煩難？又怎能善待罪人呢？……

善情：

至聖耶穌聖心！飽嘗了憂苦的聖心！如果你在園不說：

ostendunt immensum dolorem pro Patre offenso, pro tot animarum perditione?... Ah, Domine mi, semper in taedio fuisti et tristis, quia semper nos amasti!..

Illustra nunc, quaeso, tuo lumine mentem meam, vulnera cor meum jaculo compassionis meae fac participem dolorum tuorum, amantissime et afflictissime Jesu!

### 3. Dolores Jesu ob mei causam.

Quod autem ego ad magnum cordi meo incitamentum percipere debeo est id, quod Jesus passus est in vita causa meiipsius, habens jugiter prae oculis omnia mala quae ego hucusque commisi et adhuc eheu! commissurus sum usque ad mortem!...

O quam pigre gratiae divinae consensi!.. quoties obstiti!.. et quoties ea abusus sum!... Post tot annos vitae christianae, religiosae et sacerdotalis, nequeo affirmare me aliquid profecisse, et multum timeo me deteriores potius evasisse in via perfectionis.

Auxilia et dona divina quanti existimavi?... Quem fructum ex Sacramentis percepi?... Affectus cordis mei suntne omnes pro Jesu?... Abdicavine e corde meo omnia, quae Jesu displicent? et ipsam eligendi

「我靈憂苦至極，至於要死」一語，我不能明白你的痛苦……：

由你的福音上，我們未曾讀到你莞爾微笑過，你悲痛哭泣却不只是一次……你不滿意赫伯來人的忘恩，你怨尤了他們的硬心；你斥責了到你面前的兵士們，你向聖父的禱詞裏及爲許多靈魂祈求聖父的禱詞裏，不是密布着憂悶與恐懼麼？……我的主！你爲愛我們，你度了憂苦煩惱的生活……：

求你用你的光，光照我的明悟，用同情的長槍，刺傷我的心，至愛而受苦的耶穌，使我分擔你的憂苦吧！亞們。

### 3. 爲我故所受的苦痛。

如願使我的心興奮起來，應當明白耶穌受苦受辱，全是爲了我。我犯的罪以及現在和將來要犯的罪都擺在他的面前。……：

對於天主的聖寵是如此的怠慢疏忽！……多次拒絕了天主的聖寵！……多次妄用了天主的聖寵……雖然進教多年，入會多年，盡司鐸之職又多年，但是不能說我在全德之途上，進步



libertatem?.... Totum voluntati divinae mene subjeci?... Libenterne patior? Aequone animo me despectum sentio, ipsosque sustineo contemptores? An suscipio omnia tanquam a Deo disposita?...

Ah! miseria mea magna! Ego numquam tolerassem aliquem, qui contra me millesimam partem egisset eorum, quae ego feci contra Deum!... Quam stulta et injusta haec comparatio est: quae tamen me illuminaret, si serio considerarem unum tantum veniale peccatum lacrimis sanguineis lugendum esse utpote offensam divinae majestatis!... Quid vero si Deum vel semel graviter offendi?

Jesus jacebat vel reclinatus in praeseptio, vel in sinu Matris, vel fugiebat exsul in Aegyptum; vel manus ejus divinae quandoque sanguine manabant in labore fabrili, et sacrum ejus Cor in oratione praeparabat gratiarum effusionem, quibus me replevit; interea tamen aspiciebat me praesentem cum omnibus meis defectibus et peccatis; meam videbat duritiem, negligentiam, stultam avaritiam in eum redamando, meam oblivionem adorabilis caritatis ejus in me...

Omnia haec nonne amara visio ipsi fuere in tota vita ejus, et gravissimae tristitiae causa?...

了；不獨沒有進步，恐怕退了步。

我重視了天主的扶助及恩寵麼？……領聖事獲得了什麼利益呢？……我心中的愛情是否為耶穌而有呢？……我是否拒絕了一切傷耶穌聖心的事麼？或自己的自由權麼？……我完全服從了天主的聖意麼？……甘心忍受了痛苦麼？……別人輕視我，我是否心平氣和的容忍了輕視我的人們麼？……我是否視一切事情皆有天主的處置麼？……

我是最可憐的人！我總未有容忍過相反我者人的極小過錯，我却時常的相反天主……這是如何的錯誤和不公呢？因之我明白，如果一個小罪還當悔改，還當視為是得罪天主的威嚴……何況一次犯個大罪呢？

耶穌或是躺在馬槽中，或是在聖母懷中，或是逃亡埃及，或是勞作，致雙手流血，或是熱心祈禱，皆是準備着廣施他的聖寵，填充我們的虛空；他先見了我這罪大惡極，頑固倨傲，疏忽吝嗇的人，不知圖報，忘記他對我的大愛。

以上種種窺見，怎能不使他憂苦膽寒呢？以上種種，不是

### Affectus.

O divinae caritatis magister, Jesu! Quam durae cervicis et lapidei cordis sum ego, ut non facile recognoscam quae et quanta passus fuisti etiam in vita, nedum in Passione, ob mei causam, idque assidue, graviter et secreto!... et tamen magno cum amore atque ad meiipsius bonum et juvamen! Haec sola cogitatio deberet me totum inflammare ad amorem tuum, etiamsi in fine non subiisses pro me Passionem acerbissimam.

Oh quot inutilia occurrerunt hucusque curiositati meae!.. o quanta studia occupaverunt usque modo cor meum, o Jesu, et quam parum occulta Cordis et amoris tui penetrare et allici sategi....

O Jesu, animarum amator studiosissime, obliviscere negligentiam meam: miserere fragilitati meae. Confiteor culpam meam non propterea tantum ut confundar, sed etiam ut corrigar, amare te cupiens tecumque pati. Tu desiderio meo favere, illudque efficax reddere digneris. Amen.

### Fructus.

Libenter suscipias quamlibet adversitatem tanquam a Deo immissam, atque memoriam Passionis Domini pro te toleratae saepius recolas.

他憂苦至極的原因麼？……

善情：

耶穌，愛情的老師！我的心是如此的硬，以致不能認識你  
在世爲我所受的苦，尤其是在蒙難時所受的苦……且你所受的  
苦，都是爲我的益處！即使你不再爲我受劇烈的苦，默思已受  
的苦，已足以能燃起我愛你的火來。

爲了我的好奇，遭遇了許多的災害！……有許多事務佔據  
了我的心，使我不能進入你聖心之愛的深處……

耶穌！愛人靈者！求你忘掉我的疏慢，可憐我的荏弱，我  
承認我的罪，並非是怕受懲報反是爲改善我的行爲，是爲愛你  
，與你共受酷苦。我切願你的扶助，使我能履行我的志願。亞  
們。

效果：視一切逆境，係天主聖意安排，受苦時，要屢次記  
憶起吾主的苦辱！

## FERIA III.

---

# Institutio Eucharistiae et initium Passionis Jesu.

---

### 1. Ultima coena.

*“Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar”.*

His ardentis desiderii verbis Jesus incipit ultimam cum discipulis coenam, ante initium Passionis, in qua sanguinem effundere debet et mori.

Amor cogit eum ita loqui atque ad sese immolandum et ad patiendum impellit: mystice modo, sed omnino vere, ut subsequenter immolationis cruentae perpetuo postea maneat essentia, valor, memoriale et renovatio ... Sed quomodo potuissent haec omnia manere, nisi ipse idem in Eucharistia remansisset?...

Hoc mysticum sacrificium carius forsitan constitit Jesu, quam illum cruentum Calvariae, eo quod majore animi fortitudine sub speciebus panis et vini sese exinanivit, atque illi vitae generi se subjecit, quae jugis immolatio et mors est.

星期二（瞻禮三）

## 耶穌建定聖體及苦難的開始

### 1. 耶穌蒙難的前夕。

耶穌與宗徒們，既在黃昏時分，來到二位宗徒先去預備巴  
斯卦羔羊的大廳；就座之後，便開始晚餐。席間耶穌向宗徒們  
說：「我切願又切願的，是在我受難以前，同你們吃這次巴斯  
卦筵席」。耶穌以一種熱摯的語言，在他蒙難以前，同宗徒們  
舉行最後的晚筵；他知道在這次蒙難，他要流盡他的汗血，為  
人類而死去。愛情摧迫他說出這種火一般熱的語調。愛情迫逼  
他犧牲自己，為人類而容忍一切苦辱。這種獻身超然而真實的  
，永遠存留着，他流血祭獻的實體，代價，記憶和重行獻祭……  
：如果耶穌自身不永久留於聖體內，一切皆歸於無。

這奧妙的犧牲比加而瓦略山上流血的祭祀或者還要珍貴；  
因為耶穌勇敢地在麵酒形內消滅了自己，並且自動的屈服於這  
滿有犧牲而死亡的生命之下。

Omnes tremendas vicissitudines in Eucharistia subeundas ultro acceptavit: negligentias, irreverentias, insultus, violationes sacrilegas... usque ad finem mundi!....

Tot saeculorum vitae eucharisticae perduraione aequo animo tulit, se, cibum vitae aeternae, tam saepe in *judicium et condemnationem* multis evasurum: sicut tum Judae, sic et omnibus sacrilegis futuris!...

Itaque accipiens Jesus panem, benedixit ac fregit deditque discipulis suis et ait: *Accipite et comedite; hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur...* Et accipiens calicem, gratias egit et dedit illis, dicens: *Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui effundetur in remissionem peccatorum... Haec quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis...*

Et hymno dicto exivit in montem Oliveti, sui sacratissimi Cordis eucharistici mysteria sermone mirabili pandens in itinere, et cruentam Passionem immediate incipiens in horto Gethsemani.

### Affectus.

Adorabilis Jesu! Ergo SSma Eucharistia in Missa et in Communionem ac tua in tabernaculo commoratio, si non unicum, praecipuum tamen Passionis tuae sensum et memoriam habet?!

他接受了聖體內所應受的一切變化，就是一切所謂人類的怠慢，無禮，侮辱及褻瀆……：直至世界的末日！……：

聖體生活是永久懸延，而且耶穌將自己給了那些飲領自己審判與懲治自己的人，作永生的食品，還有將來褻瀆聖體的人，亦得領受聖體。耶穌拿起餅來，祝福了，擘開遞給宗徒們說：「你們接去喫吧，這是我的體，爲你們捨的……：以後照樣拿起杯來，祝謝了，遞給他們說：「你們喝這個，因爲如此行，爲的是記憶我立約的血，爲多人流出來，使罪得赦，……：你們應當記憶我」○……：

耶穌祈禱完畢，便同了宗徒們出了大廳，走向阿里瓦山，在途中走着時，使用最情愛的口吻，剖示了他全部的內心；他的殘酷難忍的憂苦開始了！這時已到了熱色莫尼山園門前！

善情：

我可欽崇的耶穌！彌撒中的聖體，所領的聖體以及你住在聖龕中，雖沒有你受苦受難的唯一意味，但也至少含有你受苦受辱的重要成分。



Annon discrimen inter Sanctorum communionem et meam hoc est, quod ego tam parum Passionem tuam et Eucharistiam sociare cogitavi?... Quamvis te receperim in hostia sancta tibi que locutus fuerim, ac sanctissimum corpus tuum illud esse reputaverim, quod ex Matre Virgine assumpsisti, et quod nunc fulget gloriosum in caelis; attamen parum consideravi, illud ipsum esse, quod immediate post Eucharistiae institutionem in agonia factum est et sudore sanguineo perfusum in horto, lentis deinde cruciatibus nocte et mane subjectum, flagellis caesum, cruci affixum, exsangue, lancea transfossum, ac demum in sepulcro repositum!...

Ita sentiens, te amantem et patientem recepissem ac ardentiori accensus essem desiderio te redamandi atque tecum patiendi!...

Fac, quaeso Domine, ut nunc saltem devota pietate et diligentia hoc magnum amoris dolorisque mysterium considerare nitar. Amen.

## 2. Pavor, obsecratio, confortatio.

Cum Jesus ad consuetum orationis locum, hortum Gethsemani, pervenisset, assumpsit Petrum, Jacobum et Joannem ac paullo ulterius progressus, coepit pavere et taedere.

我與聖賢們同領你的聖體，中間的區別，是我沒有聯想到你的苦難與你的聖體……

我雖領過你的聖體，也同你密談過，也知道所領的聖體是生於聖母胎中，今在天上永現光榮的聖體。但是我總未有想，你的聖體，就是建定聖體後一起頭憂悶難過極深處的聖身；悲傷流汗血的聖身；日夜受侮慢的聖身；受鞭笞的聖身；釘於苦架上的聖身；肋膀被刺，罄流聖血而枯亡的聖身；葬於聖墓中的聖身。……如此一想，才知道我所領的聖體就是可愛而受難的耶穌。我切願作一個報愛而與你共苦的人……

主！求你賞我，至少現在起頭專心默想你的大愛，默想你受難的奇妙。亞們。

## 2. 戰慄、祈禱、慰藉。

耶穌同着宗徒們到了日常祈禱的熱色莫尼山園，叫了伯多祿，雅各伯及若望，伴他往前走了數步，耶穌就起頭「憂悶難過」起來。

Incipit jam Passio, et Jesus eam libenter subit, prius mentem et corde in se et mox ab inimicis. Licet pluries ipsi eum apprehendere et occidere voluerint, tamen quousque ipse non permisit, neque illi potuerunt.

Nunc autem advenit hora ejus et ipse sinit diabolum atque ejus membra eorum perversa exsequi proposita, cum tamen sic quoque nihil amplius peracturi sint, quam ad effectum deducere divinae pietatis consilium.

Divinitas Jesu suae praesentiae temperat influxum in humanitatem unitam, quae oratione praeparat se ad Passionem crudelissimam, atque corroborari indiget, quia pro se timet suisque caris: *Sustinete hic et vigilate mecum.*

Procidens in faciem suam atque mente, unico velut obtutu, conspiciens omnia mox sibi toleranda, metu magno simul correptus est ac pavere coepit et contristari et maestus esse, et ait discipulis: *Tristis est anima mea usque ad mortem....*

Qualis saevitia, absque ullo miserationis sensu!... Quot sine pausa tormenta!... Qualis derelictio, sine alleviatione ulla!... Cum ardentem cuperet baptismo sanguinis baptizari, nos caritatem Jesu didicimus: nunc autem eum tam magno timore perculsum aspi-

苦難已經開幕了，但是耶穌自願接受靈魂上肉身上當受的一切苦辱。他的仇人雖多次想逮捕他，想殺他，不過沒有耶穌的准許，直至今日他們也不能逮住他。

現在他的時候到了，他准許魔鬼及其黨人，施行他們顛狂而邪僻的志願；縱令這樣，他們的努力毫無成就，只不過呈露天主救世愛人的大計劃。

天主性離脫了他的人性，他需要強壯劑。他爲自己及他可愛的人們戰驚害怕，給他的門徒們說：「你們在這裏等候，同我一齊醒着」。

他突然改變了常態，一起頭憂悶，難過得很，剎那間一切將要受的苦，鉛一般的鎮壓了他的心，呈現在他們的面前，遂向門徒們說：「我的心憂苦至極，至於要死」。

可怕的殘虐啊！無人來安慰他，與他表示同情；不斷的受到劇痛。可怕的離棄啊！無人來減輕他的痛苦！……，我們知道耶穌的愛，他切望以流血來舉行他的洗禮。現在他恐懼竦然，這個犧牲爲他是如何的可怕！……耶穌不獨是個人，且

cientes, intelligimus quantum sibi constet immanis illa immolatio!...

Nam ipse non tantum est homo, ideoque, sicut et nos, doloribus obnoxius; sed innocentissimus ac summe delicatus et mitis, naturalem experitur horrorem ob tam exquisitos cruciatus.

Ipse in se ab iniquis perfici permittit maxime horrendum delictum, hujusque permissionis ratio alia plane non est, quam Patris gloria et voluntas. Ideoque, dum Patrem rogat ut transeat a se hora Passionis, simul tamen obsecrat ut non propria, sed divina voluntas fiat: *Pater, transfer calicem hunc a me; verumtamen non quod ego volo, sed quod tu.*

Ita vincit terrorem et nedum Passionem subit, sed libens Patris voluntati se conformat et precatur: *Si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.*

Orans igitur gemitibus ineffabilibus non tam pro se quam pro cunctis electis, qui pro eo passuri essent et ipse in eis, tunc apparuit illi Angelus de caelo confortans cum. Decuit profecto, ut natura angelica, eo quod superior, humanam roboraret ad patiendum, praesertim quoad Christi famulos ab omnibus derelictos, ac durissima pro eo passuros. Quibus prius voce et exemplo Jesus robur dedit et sola-

是一個俱有痛苦的人；他是無罪的，是清高溫良的人，爲了要來的劇苦，而嘗到了心中胆寒的意味。

他本來能使自己覺不着罪惡的可怕；但爲滿全聖父的意旨，沒有履行。所以在他祈禱聖父免去他喝苦爵的當兒，他又求聖父莫隨自己的意思，要全依天主聖父的聖旨：「父啊！免去我這苦爵，然而莫依我願，但照你的意旨」。

他戰勝了恐懼心，要去堅忍一切苦難，全然翕合聖父的意旨，求聖父說：「父啊！若是這苦爵，不能免掉，必要我嗑，就照你的意旨履行吧」。

禱詞裏充滿了憂悶與恐怖。他不只爲自己祈禱，還爲他所揀選及因他的原因受難爲的人祈禱。正在祈禱至誠之際，一位天神前來鼓勵他，振刷了他業已衰極的精神，加增了他業已疲倦的力量。的確，應當要優於人性的天神，來鼓勵他的人性，以能忍受痛苦；尤其是爲被人棄絕的主徒們，天神的鼓勵，更是重要。耶穌却先以善言善表作他們的安慰與力量，然後將他們的一切皆托於天神大能之手。

men, ac deinde in eorum subsidium Angelorum piam deputat potentiam.

### **Affectus.**

Dulcissime Jesu! O quam adorabilis es et amabilis! Mea major debilitas ac tentatio est voluntati divinae aut non consentire, aut contraire; sed tu me jubes orare, tuoque me confirmas exemplo. Dum in causa ego sum, ut sic tu patiaris, tu non solum pro me in agonia factus es, sed insuper a me petis, ut tibi adstare velim saltem orando.

Sed oh quoties te dereliqui solum in horto, et quamvis famulus tuus ac beneficiis tuis cumulatus, quadam torporis somnolentia gravatus, ingratus fui tibi et oblitus tui agonizantis!...

Parum et male hucusque orationi vacavi, curis futilibus plerumque distractus, pro eo ut me tecum in horto collectum tenerem; ideo saepius in tentationes incidi et longe factus sum a te.

Nunc autem cupio tecum manere, desolate mi Jesu, atque tu praesta ut sanctus Angelus tuus mihi subsidio sit in acerbo itinere tecum ad Calvariae locum.

### **3. Nequitia humana et sudor sanguineus Jesu.**

Ab Angelo confortatus Jesus constanter acceptavit Passionem subeundam et calicem amarissimum biben-

善情：

至甘飴的耶穌！你是如何的可愛可敬！我的軟弱與墮落，多是不翕合主旨或相反主旨；你命令我祈禱，倣效你的善表。我雖是你受難的原因，你不但爲我憂悶至死，且要求我至少同你一齊醒着祈禱。在山園中我多次離開了你；我雖得了你不少的恩典，然而我多次因困乏而沈於睡鄉，辜恩負義忘掉了你在山園中的愁痛憂悶。……

直至今日，我沒有至誠的祈過禱，被虛浮的世務束縛着。我爲脫離這深的陷井，我當與你一同祈禱，不過我多次陷于誘惑，離棄了你。淒涼悲哀的耶穌！現在我切願同你一齊祈禱，求你命天神來鼓勵我的衰弱，加增我的力量，使我能和你一齊走加爾瓦略山上的苦路。

3. 人類的罪惡與耶穌汗血的點滴。

天神安慰了耶穌之後，他興奮起來，毅然接受了他應當受的苦辱及他當嗑的苦爵；他希求如此可以免除人類的罪，止息



dum usque ad faecem, desiderans sic auferre peccata hominum, eosque Patri reconciliare divinamque gloriam promovere.

Sed heu! acerba visio! Mundus in peccatis mansisset; populi Israel major pars a salute averteretur; tot infideles converti negligenter, et tot fideles damnandi essent; tot pastores praevaricati fuissent, secum alios in perditionem deducentes; tot sacrilegia in ipsa domo Dei patrata fuissent a personis sibi consecratis; Ecclesia a se fundata perpetuis persecutionibus obnoxia maneret!...

Ergo post tantam amoris, sanguinis et gratiae effusionem, Pater caelestis tantis adhuc sceleribus offensus fuisset? Adhuc tanta vigeret iniquitas? tamque multas perderet animas tanto pretio redemptas?

Horum conspectu intime consternatum, Cor sacratissimum Jesu sic angore constrictum est atque ex peccatorum foeditate et ruina animarum pressura correptum, quod vivum expressit sanguinem e corpore toto in terram decurrentem!...

Amori infinito respondetur immensa ingratitude et perfidia!... Ineffabili misericordiae obsistit impietas illimitata!... Tam atroci Passioni tanta sociatur contumelia!... Frangi debuisset illud adorabile Cor; sed super immensurabilem hominum perfidiam triumphavit amor Dei-Hominis!...

天父的義怒，使人類與天主父重歸於好。

一種可怕的異象，湧現在他的目前；看見整個的世界淪喪於罪惡，選民拒絕他的救贖；許多教外人，不願接受自己的救恩，自願走入永火的地獄；許多信徒要受永罰；許多祭祀者褻瀆神職，使別人陷於喪亡；許多獻身天主者，褻瀆主的聖殿（身心）；自己建立的教會要受多人的磨難；……一切痛苦都蝟集於他一人身上，那時他身上實負有前古來今的萬民之罪；

又想：自己愛情一盤托出，罄流汗血之後，是否還有許多罪惡招惹天父的義怒？人類是否還犯許多罪惡？以絕大血價贖回的靈魂，是否還走向喪亡之途？

這使人驚駭的窺見，使他的聖心因痛憂而縮緊，因着罪的醜惡與靈魂的墮落而受到極痛的創傷。結果，他強有力的熱血，由全身上毛孔裏一滴一滴的落在地上……

無限愛所換得的只是忘恩……無限仁慈所換來的光是罪惡……殘酷的遭遇，又受到詬辱……可欽崇的聖心爲人而破裂了；然而天主而人的愛戰勝了人類的**不忠不義**。

### Affectus.

O Domini mei, patientis *contemptus amor!* Quis o Jesu, te conspiciat cruento sudore madentem, ac tenera compassione non percellatur?

Cur ego nondum plane intelligo te sanguinis fuisse pro me sudore perfusum? Amore tu, ego vero iniquitate ita egimus, ut Cor tuum sanctissimum sic coarctaretur!... Tot igitur transegi meae vitae annos quin haec grato animi sensu saepius recogitarem?... Quis oculis meis fontem tribuat lacrimarum quibus cordis mei defleam duritiem?...

Amantissime Jesu! Sufficiat jam quantum in te peccavi, quia peccavi nimis; tu autem nimis me amasti, ac nimia pro me passus es!... Tolle me, Domine ex hac vita antequam iterum in te peccem. Trahe me potius ad te agone attritum, nec amplius permittas me separari a te. Amen.

### Fructus

Praeparationi ad S. Missae sacrificium et gratiarum actioni devotam Passionis Jesu memoriam unire satagas.

善情：

堅忍苦辱的大愛！我的耶穌！誰見了你汗血霑身，不覺淒涼，不與你表同情呢？

何以我至今日還不知你爲我流盡了汗血呢？你對我只有純真之愛，我却以罪惡報服了你，致使你的聖心緊縮流血……我過去未曾記起你的大愛來……誰能使我涕哭我的硬心呢？……至愛的耶穌！我過去所犯的罪，已經足夠了；我過去太難爲你了；你太愛我了，爲我受的苦辱太大了。……主！求你在我再犯罪以前，由這世界上除掉我吧！更求你吸引我與你同苦共辱，莫許我再離棄你。 亞們。

效果：

務使彌撒聖祭的預備及謝恩和吾主受苦受辱的回憶，聯合一致！

## FERIA IV

---

### Jesu ante tribunalia.

---

#### 1. Jesus captus et calumniatus a Judaeis.

Interea proditor cum satellitibus et turba ingreditur hortum Gethsemani et appropinquans Jesu, osculatus est eum, dicens: *Ave, Rabbi!* Jesus non recusat osculum illud serpentis morsu horribilius, sed mitis atque tristis ait Judae: *Amice, ad quid venisti?... Osculo Filium hominis tradis?*

*Deinde conversus ad turbam et satellites, dixit: Quem quaeritis? At illi responderunt: Jesum Nazarenum! Et Jesus ait: Ego sum! Ut autem dixit: Ego sum, abierunt retrorsum et ceciderunt in terram.*

Hoc miraculum patravit Jesus non ut sese liberaret, qui libens morti obviam ibat; sed ne molestia afficerentur discipuli jam penitus conturbati, sicut ipse indicavit Petro, gladio percutienti servum pontificis: *Sine. An putas quia non possum rogare Patrem, et exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturae?*

星期三（瞻禮四）

## 耶穌在法庭之前

1、耶穌束手受縛，猶太人百般凌辱。

叛徒領着兵丁進了山園，走近耶穌面前，向耶穌說：「師傅安好！就抱住他，用口親吻了他」。耶穌沒有拒絕叛徒的吻禮，且良善而慘傷的向他說：「朋友！你來作什麼？……你用口親之禮來出賣人子麼？」

耶穌轉回頭來向兵士們說：「你們找誰？」他們回答說：「我們找納匝肋的耶穌」。耶穌說：「就是我」，在耶穌的聲音姿態裏表示極頂的威嚴與偉大，以致「就是我」三字一出口，兵隊們亂着後退，一陣傾軋，都仰倒在地。

耶穌顯此奇蹟，並非為逃脫他們的圈套，因為耶穌自願受死。行此奇事，只為叫兵士們不磨難他的門徒而已。再說，耶穌還給削僕人右耳的伯多祿說：「讓他們吧！任他們如何處置，難道我不能求救於聖父，立刻為我排遣十二個師團天神來麼

Itèrum ergo interrogavit satellites què m quaerent, et respondentibus uti antea, dixit: Si ergo me quaeritis, sinite hos abire.

Sanans igitur auriculam servi, ait his qui venerant: Quasi ad latronem existis cum gladiis et fustibus comprehendere me. Cum quotidie fuerim vobiscum in templo, non extendistis manus in me; sed haec est hora vestra et potestas tenebrarum. Hinc discipuli, relicto eo, omnes fugerunt.

Tunc irruentes in eum satellites potuerunt ligatum ducere ad domum pontificum Annae et Caiphae, ubi sacerdotes, scribae et seniores convenerant, quaerentes testimonium, ut eum morti traderent.

Cum veram accusationem adversus eum ferre non possent, recursum habuerunt ad calumnias et falsos testes; qui tamen dissentientes, suam potius probabant perfidiam.

Malignis circa propriam doctrinam insinuationibus Jesus respondit se coram omnibus fuisse locutum et quae ipse dixerit omnes audivisse: qui porro interrogandi essent. Ob hanc responsionem unus minister dedit ei violentam alapam, cui Jesus mitissime reposuit: *“Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo; sin autem bene, quid me caedis?”*

？但若是這樣，經上所說應該如此的話，將如何應驗呢？由這幾句話中，耶穌的自願受死，就很清楚的證實了。

耶穌又向回答「找納匝肋耶穌」的兵士們說：「既然你們是找我，就不要阻止他們（宗徒們）走」。

耶穌治好那僕人的右耳，遂向他們說：「你們拿着刀劍棍棒，到我這裏來，如同捉強盜一般，可是我每日坐在聖殿中，在你們面前宣道，你們却沒有下手拿我，但現在是你們的時候，黑暗的力量」。這時門徒們就離捨了他，逃走了。

兵士差役們就往前來，拿住耶穌將他細縛起來，解到亞納與蓋法公署。司祭長，經師與長老們，遂召開臨時會議，尋索證據，以處其死罪。

無奈他們尋不出真實的證據，所以只好使假證人誣告耶穌；然而假證人與其他的黨員兩相對峙，意見不投，致揭露了他們的好刁狡猾。

亞納詢問耶穌，招徒宣道的事情。耶穌只淡淡地說明自己是公開向民衆講道，可以問他們，我給他們講了什麼。耶穌這



## Affectus

O mi Jesu! Ecce quomodo humana malitia insolens contra bonitatem tuam, et quomodo iniquorum excaecatio impedit, quominus misericordiae tuae miracula dignoscantur!...

Quam horribile est peccatum!... Judae cor indurat adversus excessum benignitatis tuae; non sinit satellites et ministros tuam aspicere potentiam, quae eos dejecit, neque pietatem, quae eos relevavit; sanatio auriculae Malci nihil prohibet quominus, ut maleficum, vinculis te constringant et ante impium syne-drium te constituent: ubi innocentia tua, tua lenitas divina et mansuetudo nedum non emollit, verum adhuc vehementius eorum excitat vesanum odium, quod nullo modo fucare valentes, in violentiam transcurrunt!...

Sed heu! quando ego peccavi, similis illis evasi!... Cum ego te offendi, donis tuis abusus sum, neque adverti quod peccando, quantum tu es in me, et ego in te, iterum te tradidi in manus peccatorum!...

Ah! Domine mi, parce mihi et praesta, ut intelligam pejus esse te offendere, quam Passionis tormentis omnibus denuo te afficere... atque unum et unicum timendum esse malum ac omnino vitandum, scilicet peccatum...

句答語，惹氣了旁立的一個差役，立刻打了耶穌一把掌。耶穌却心平氣和，不動聲色的回答說：「我若說錯了，請證明出錯來，假如我說的對，你爲何打我？」

善情：

我的耶穌！人類的罪惡是如何違逆你的美善呢？罪惡阻止人類認識你仁慈的奇蹟！……

可怕罪惡啊！……罪惡硬了叛徒的心，使他與你的良善對抗；罪惡不讓兵役們目睹你的威能和仁愛。你雖治好僕役的右耳，他們仍視你爲當死的罪犯，用繩鎖將你綑住，把你解到羅馬總署。在公署之前，你的無罪與溫柔，不但沒有軟化了他們，反激起了他們的憎惡，終究將你處於死刑。

可惜我幾時犯了罪，就如他們一樣虐待了你……我犯了罪，妄用了你的恩寵，不回顧所犯的罪；你是何等的偉大，我是如何的卑賤可惡！我竟然敢將你重新交於惡人之手！

我的主！寬恕我，使我認識犯罪比使你再受苦辱，更是醜惡。……使我認識獨有罪是可怕的，獨有罪是當逃避的第一要

## 2. Jesus denegatur a Petro: condemnatur a Judaeis.

Dum Jesus tam indigne tractabatur, Petrus eum a longe secutus et in atrium principis sacerdotum ingressus, cum aliis calefaciebat se ad prunas.

Ancilla quaedam, eum intuita, dixit: Et hic cum Jesu Nazareno erat! At Petrus negavit dicens: O mulier, non novi illum! Rursus et tertio aliis affirmantibus, Petrus quoque negavit fortius, jurans se non novisse hominem. Gallo autem statim canente, Petrus recordatus est praedictionem Jesu: qui inter insultus et percussiones respexit eum; inde egressus Petrus flevit amare...

Interea princeps sacerdotum Caiphas interrogavit Jesum dicens: Nihil respondes ad ea quae isti adversum te testificantur? Jesus autem tacebat. Tunc Caiphas ait illi: Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es Christus Filius Dei!

De hac maxima veritate nomine Dei interrogatus non amplius tacet Jesus, sed fortiter affirmat, respondens: Si vobis dixero, non credetis, neque dimittetis. Verumtamen ego sum, sicut tu dixisti; amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris Dei et venientem ad judicandum in nubibus caeli.

Quae confessio effecit ut Caiphas, scissis vestibibus, clamaret: Blasphemavit! quid adhuc egemus testi-

事……

2. 伯多祿背耶穌，猶太人定耶穌的死罪。

當着耶穌被虐待的時候，伯多祿遠遠地跟隨着走進大司教的庭署，同兵丁差役們一齊取暖。

一個婢女，見了伯多祿說：「這位是同耶穌一黨」。伯多祿否定說：「女人，我不認識他」。一連三次，最後一次還堅決的起誓，說自己不認識這個人。鷄鳴了！在飽受虐待和凌辱中的耶穌，向他瞥了一目，伯多祿記起耶穌說的話來，即刻跑出庭門，痛哭起來了。

大司教蓋法詢問耶穌說：「他們這樣誣告你，你不回答什麼」？耶穌寂然不出一語。蓋法又向耶穌說：「我向生活的天主起誓，叫你告知我們，你是否基多可頌天主之子」？

耶穌爲真理而來，經他這麼一問，不得不發言了，便鄭重莊嚴地回答他說：「我給你們說了，你們也不信，也不釋放我；然而我是（基多天主子）就如你才說了，不久你們要看見人子坐在全能天主聖父的右邊，乘着天上的雲彩降來，審判萬民」。

bus? Quid vobis videtur? Et omnes respondentes dixerunt: Reus est mortis! Nihil insuper requirebatur, nisi ut Pilatus auctoritate sua ferret sententiam.

Interim coeperunt Jesum percutere, velare faciem ejus, et colaphis eum caedere, dicentes: Prophetiza nobis, Christe, quis est qui te percussit... Ministri quoque colaphis eum caedebant...

### Affectus

En igitur, o mi Jesu, quomodo bonitas tua rependitur... Olim sub flagellis justae irae Judaei sua scelera confitentes emendabantur; nunc autem benevolentia et pietate tua immensa ad poenitentiam et virtutem revocati innumerisque cumulati beneficiis te derelinquunt, odio prosequuntur ac morte dignum te declarant!... Humana protervia et caecitas eo usque procedit, ut Deum amantissimum morti addicat!...

Tu monuisti Petrum ac saepius mihi iterasti: Vigilate et orate, ut non intretis in tentationem. Nam exigui temporis fervor non est solidum fundamentum ad perseverandum, sed bene humilitas et oratio.

Ah! quoties de meipso praesumpsi, me temere tentationibus exponens..., ac pro eo ut in oratione perseverarem, ab illa evagatus sum aut languore, aut curiositate sicut Petrus, qui non potuit una hora vigilare tecum ac postea te sequebatur, sed... longe, et

被告完全自認了：是天主子是基多。這答語，使蓋法撕破了自己的衣服，大聲說：他說了褻瀆天主的話，還需要什么證人？你們以為如何？衆人都答應說：「他堪受死刑」。以後再沒有什麼條件，只有要經比拉多執權者的判決書。

他們開始擊打凌辱耶穌，用布將他的眼掩住，用力掌擊着向他說：「基多！請猜是誰打你？……衆衙役也這樣打了他……」。

善情：

我的耶穌！我怎樣報答你的美善呢？……昔日如德亞人在你義怒鞭策之下，果敢地懺悔了自己的罪。現在有許多懺悔修德的人，以及得你恩惠的人，犯罪得罪你，難爲了你，重新宣布了你的死刑。

人類的無知，已達最高峯，以致拒絕了自己可愛的天主：「你們要醒寤祈禱，免得陷於誘惑」。你用這句話訓導過伯多祿，也屢次的驚策了我。刹那間的熱心，不能作持久的基礎，此外，還需要謙遜與不間斷的祈禱。

ut videret... finem! Et quando ad alios ignes, praeter amorem tuum, ad me calefaciendum accessi, coram petulantia vilis ancillae carnis meae te denegavi...

Ah! mi Jesu, ad me, sicut ad Petrum, respicere digneris, ut cum ipso amare defleam peccata mea ac deinceps fidelius te sequar. Amen.

### 3. Jesus ante Pilatum et Herodem.

Mane autem facto, Judaei properaverunt adducere Jesum ad Pilatum, qui illum morti condemnaret. At quaenam eum condemnandi causae et delicta? Judaei sufficiens putaverunt, illum et omnia ab eo praestita beneficia calumniari.

Ipse namque, filius Mariae et fabri Joseph, se vocabat Filium Dei; Nazarenus, volebat haberi ut Messias, seu Christus Domini; traditionem despiciens majorum et pharisaeorum, loquebatur ut legislator; ipse, qui numquam apud scribas et doctores legis illam didicerat, doctorem atque magistrum se jactabat... Breviter, suscipiens peccatores et manducans cum illis, excitans plebem, objurgans seniores et mutans legem, ex se jam se prodebat auctoritati majorum rebellem, blasphemum, subversorem, daemonium habentem, ac proinde, ... reum mortis!

Quamquam Jesus sese non excusavit, tamen ipsum ejus silentium et crassae ejusmodi incriminationes

我多次自恃己力，脚履誘惑之境……故此我要立志，恒久祈禱，避免一切疲倦和好奇心。如同伯多祿雖不能同你作一小時的祈禱，然在你被捕後，却跟隨在你的後面……遠遠目睹着……目睹着他的終向，他的歸宿！如果我愛你之外，再貪求別的慾念以滿足我的心靈時，我那就如同在我肉慾使女之前，背了你一樣。

我的耶穌！你昔日轉身目瞥伯多祿，現在求你也垂顧我！使我同他一樣痛哭我的罪惡，定志以後要忠實跟從你，亞們。

### 3、耶穌在總督比拉多及黑落德前。

天才黎明，如德亞人催送耶穌赴總督比拉多公署，以定他的死罪。耶穌何以被處死刑？他犯了什麼罪？如德亞人妄告耶穌及他所行的一切，……一切恩惠！

告他是瑪利亞及聖若瑟的兒子；自稱爲天主子，是納匝肋人；自稱爲默西亞，是基利斯多；輕視法利塞人祖先的傳授；自稱爲立法者；未有在經師面前學習過法律；拒絕經師們的論議……簡言之，說他納收罪人且同罪人們一齊宴飲；煽惑百姓



clare demonstrabant tum ejus innocentiam, cum accusatorum invidiam.

Nihilominus Pilatus, loco eum defendendi, audiens eum esse gallilaeum, ut vitaret molestias judicii, illum remisit ad Herodem.

Hic voluptuosus et crudelis princeps gavisus est se posse tandem suam diutinam explere curiositatem circa Jesum, illum audire et videre miracula ab eo fieri...

At, cum Jesus nēdum patrare miracula, sed neque ad unam ex multis illius interrogationibus respondisset, Herodes in rabiem actus illudit eum indutum veste alba, tanquam regem mente captum, atque sprevit illum cum exercitu suo, certe insultibus, opprobriis et percussionibus...

### Affectus

Innocentissime Jesu! recogito quanta passus fuisti pro me, sed, socors et torpens, non admodum animo commoveor. An quia sicut per peccatum me participem reddidi malitiae inimicorum tuorum, ita et eorum nunc participo duritiem?...

Equidem quando peccavi, ego quoque, si non verbis, factis tamen tua bonitate et donis abusus despexi te, calumniatus sum et condemnavi. A te redemptus tibi que consecratus, tuum suave suscepi

，誚責長老，擅改律法，自作先人傳授與威權的反抗者，褻瀆者和推翻者；說他是負魔的人，結果……判定了他的死刑！

耶穌雖沒有爲自己辯護，然而他的緘默及他自願的陷於暴戾，很清浙地證實了他的無罪，揭露了誣告者的妒心。

比拉多看着耶穌冷靜高貴的態度，覺得非常感動，心想要釋放他。一聽說耶穌是加里肋人，爲避免判審的擾亂，及司教們的支配，便將耶穌護送到黑落德衙門。

這位狎邪而不仁的黑落德，見了耶穌，甚覺歡喜，因爲關於耶穌所聽到的種種，現在可以滿足他的好奇心。他所關切的，就是盼望見見耶穌，希望他行個奇蹟。

耶穌在這前驅的劊子手之前，不獨沒有行奇蹟，且是一語不發。黑落德自問自答，怪無聊賴，於是老羞成怒，決意以毒攻毒，同他的官憲們，就把耶穌任情輕慢玩笑。末了給耶穌穿了一身白袍，暗示耶穌雖非叛徒，確是精神病患者，幻想自己爲王……

善情：

jugum atque Spiritus Sancti donis ditatus sum; at cum peccavi, quantus sum et quantum a te recepi, facultates animi corporisque valetudinem in tui offensionem ingratus adhibui. Te, ut rebellans, dereliqui ac mundo, daemone carnisque illecebris adhaesi...

Judaei tibi adversantes iniquitate certe, sed et ignorantia acti fuere; at ego iniquitate tantum... Attamen tu nondum dereliquisti me, sed partienter exspectas...

Ah Domine mi Redemptor! Mentem meam illustra et compunge cor meum: fac ut tuam recognoscens pietatem, defleam ingratitude meam. Fac ut te diligens renover et purificer tibi que soli placere studeam. Amen.

### **Fructus.**

**Caveas ab impatientia et reminiscere silentium Jesu.**

無罪的耶穌！我對於你受苦辱的回憶是這樣的因循和疏忽；我與惡人們同樣的難爲了你，不只如此，我還懷着他們的硬心。縱令言語上不犯罪，行爲上時時得罪你，妄用了你的恩寵，藐視了你，凌辱了你，定了你的死罪。我是你救出來的，我將我全獻給了你，接受了你的甘飴之軛。我具有神聖的七恩，然而我犯了罪，你還接受了我。我常用靈魂的官能與身體的健康，難爲過你，不知報你的愛，常與你對抗，愛戀着世俗魔鬼和肉身。

如德亞人固然犯了重罪，他們是出於無知，不知所爲；我犯罪却是出乎惡意，但是你直至今日，尙未離棄我，還在容忍着，等待着……

我的救世主！求你光照我的明悟，感動我的愛欲，使我認識你的仁慈，痛恨我的犯罪，使我重新愛你，專心服事你，亞們。

效果：

注意你的易怒與不忍心，時常思念耶穌的緘默！

## FERIA V.

---

### Jesus flagellis caeditur, spinis coronatur et condemnatur.

---

#### 1. Flagellatio Jesu.

Reductus Jesus ad Pilatum, hic cum in se periculum damnandi ad mortem innocentem suscipere noluisset; ideoque prae latrone et homicida Barabba eum postea liberare conatus est, sed frustra.

Debuisset se opponere, aut cedere potestati religiosae Judaeorum, aut obsistere plebi concitatae. Sic titubans inter injustitiam suumque officium, Jesum flagellis caedi imperavit ut, concessa Judaeis aliqua satisfactione, posset eum flagellatum dimittere.

At ideo, uti notat S. Alfonsus, inimici Jesu audientes verba Pilati: *Emendatum ergo illum dimittam*, pecunia corruperunt ministros tribunalis, ut Jesum fere ad mortem usque percuterent.

Jesus ductus prope locum ipsemet exuit sibi vestes, atque virgineo rubore suffusus, ecce columnae alligatur, ut crudele tormentum subeat.

Varia et saeva erant flagella; sed contra Jesum illa selecta sunt, quae plagam facerent et laniarent. Coepit crudelium ictuum procella super membra illa sanctissima, quae dilacerata sanguine respergebant columnam, flagella, tortores, pavimento!...

星期四（瞻禮五）

## 耶穌受鞭打酷刑，茨冠箍聖首，被判死刑

### 1、受鞭打酷刑。

耶穌又在兵隊監視之下，送回比拉多督署。總督不願將這無罪之人判決死刑，故此比拉多想釋放他，以一個囚犯來代替耶穌的處死。結果失敗了。

他應當決意要允准他們的要求，或是遏抑民衆的狂呼！他只在不公與自己職務中間躊躇着，他想用酷刑來感動人心，案情就可以了結。

聖亞爾方朔說：耶穌的仇人一聽比拉多說：「我將他重打之後，便釋放他」以後，便用錢賄賂了督署中的役隸們，使他們酷打耶穌，直至宣布耶穌的死刑。

耶穌被領至一處，脫去衣服，裸着身體，兩手繫於高約一公尺左右的石柱上，精赤的背弓似的彎曲着，準備受那皮條鉛鏈或荆條的鞭子。

Non remansit in sacratissimo corpore illo pars sana; et speciosus forma prae filiis hominum, Filius Mariae, graciosus et decorus, totus sauciatus est, sicut leprosus sanguinolentus... Membra illa sensu delicatissima et tenera, Spiritus Sancti opificio compacta, innocentissima et purissima plane deformata fuere a saeva tortorum insania...

### Affectus.

Anima mea! Aspice ad tuum Jesum: potesne eum amplius agnoscere? Scisne cur suum corpus sanctissimum ita deformari voluerit? Quia voluit ipse in se satisfacere pro omnibus foedis delectationibus, in quibus homines corrumpuntur! O quot animae corpus suum ut Dei templum non reverentur, sed pecudum more carnis se addicunt servituti!... Quot immersi jacent in hoc caeno et imaginem Dei in se polluentes, infra brutorum descendunt naturam!...

Anima mea contremisce ac time ne tuum amittas dominium in eam, quam informas, argillam: fuge, fuge omne quod coram Angelis Dei erubesceres et coram tuo flagris caeso Redemptore!

Noli turbari neque superfluas curas geras de carne tua, omnis impuritatis fonte; sed eam cohibe et continentia sanctifica, timido refrena pudore atque sensuum custodia, nimiam vitando aspectuum libertatem.

鞭刑數種，爲打耶穌兵士們特揀了最殘酷的一種。受了幾鞭的人，不祇鮮血滴滴，卽是皮肉也要片片飛落。士兵們開始鞭刑，耶穌身上的傷痕片片，血肉掉下。耶穌在笑聲中，鞭聲下，變成了一個血人，鐵鞭上，石柱上以及兵士身上，都浸染着血跡。……

耶穌身上無一完整的所在，他的嬌美消失了，他是瑪利亞的可愛子，現在全身都是創傷，流血淋漓，……他的聖身是極纖柔嬌緻，是因聖神的化工與人性結合的聖身，無罪清白，現在却因殘刑變成醜貌難堪之人。

善情：

我的靈魂！瞻仰你的耶穌！你還認得他麼？你知道他爲什麼願意自己變成這樣的醜態麼？這是爲了你！他願意補償人類所以敗落的一切享樂。有多少靈魂不想自己是天主的聖殿，而任情享樂，甘心屈服於獸慾權威之下呢？有多少人沉淪在污濁之中，忝辱了天主的肖像，使人性低於畜牲呢？……



Tu cum tuo corpore ad Jesum pertines, ideo liber es et sanctus; ne igitur iteres Jesu flagellationis cruciatus et confusionem, immoderatis sensuum desideriis indulgendo.

Ne unquam de te praesumas, de omnibus prudenter diffidas atque in periculis tuum Jesum flagellis caesum amplectaris. Amen.

## 2. Jesus spinis coronatur.

Quarundam belluarum ferocia super dejecta victima gaudet ludere ac se delectare: ita fecerunt cum Jesu ministri tribunalis Pilati.

Videntes eum sub flagellis pene confectum, e columna solverunt et circumderunt eum obsoleta veste purpurea, posuerunt in manu ejus arundinem pro sceptro regali et super sedile tribunalis eum sedere fecerunt, velut in throno, volentes eum coronare regem ludibrii et tormenti.

Igitur ramulos acanthi, sentibus hirtos innexuerunt ad modum coronae, seu pilei, atque posuerunt super caput Jesu, ictibus arundinis calcantes.

Quis conicere possit tot punctio- num intolerabiles cruciatus in capite, delicatissima sensuum sede? Revelatum legitur quasdam spinas ossium cervicis et temporum interstitia penetrasse.... Quilibet alius tali

我的靈魂！你應當戰驚恐懼！莫讓你的主權，喪失在你所塑的膠泥之中，要逃避一切你在天主與天神面前慙赧的事；要在你救主前燃起你的愛來……

不要心亂，不用過慮你的肉體和一切不潔之泉；要克制你肉體，使它自新；要戰戰兢兢地牢守着它，要躲避一切過剩的妄視。

要使你的肉身屬於耶穌，如此你方可謂自由而高尚；所以日後不要再向耶穌施行你的辣手，勿再體會你的肉情！

莫要依恃自己，或憂慮一切！在誘惑時要愛慕你受酷刑的耶穌。亞們。

## 2、茨冠箍聖首。

有些殘暴巨獸，專戲弄已咬傷的犧牲。比拉多的役隸們同樣的呈現着野蠻殘酷的獸性，戲弄了耶穌。

役隸們見耶穌因鞭刑而身無完膚，便由石柱上解下他來，給他披上一件襤褸的破紫紅袍，拿了一根蘆葦，插入他縛着的手中，當作權杖，使他坐在方才縛手的矮石柱上，要演侮弄僞主的把戲。

sub tormento defecisset; at Jesus, dolorem amore superans, horridum coronae supplicium pertulit usque ad mortem in cruce!....

Militum (fere 600) convocata cohorte, ab ejusmodi inhumanis illusus, derisus, percussus, sputis et opprobriis lacessitus est Rex Judaeorum, aeternus Rex, in diademate ludibrii, quo coronavit eum Mater Synagoga in die desponsationis cruentae cum redempta humanitate!... *Ave, Rex Judaeorum!*... Et dabant ei alapas... et percutiebant caput ejus arundine..., et conspuebant eum..., et ponentes genua adorabant eum!...

### Affectus

O adoranda majestas Regis mei Salvatoris! Quid impulit te, ut insanienti turbae in ludibrii et humiliationis signum ponereris?... Forsitan et hoc ad redemptionem necessarium erat?... O mi Jesu! ut nos redimeres satis fuisset oratio tua ad Patrem, et Pater amantissimus veniam dedisset nobis! Sed tu insuper voluisti honorem resarcire paternum, perversis offensum cogitationibus, temerariis judiciis contra Deum et proximum; impuris imaginationibus et foedis desideriis, lubricis speciebus, pravis delectationibus et superbis propositis ex hominum cerebro umquam ortis.

兵士們又找了幾根刺長的荆棘，編成一個刺圈，當作王冠，給耶穌箍在頭上；拿一根蘆葦，用力敲他的頭。

誰敢設想，多少長刺深入腦壳？讀到私人所得的默示上說，有些長刺透入枕骨，有些長刺由太陽穴透出……誰能受這種苦呢？耶穌却因愛而受了這種酷刑，而且戰勝了。在他最後的一口氣時，還覺着這茨冠的苦痛……

全營兵士（約有六百餘）集聚後，如德亞人的君王，永生之主飽嘗了無人道的欺給，嘲笑，吐污和詆辱。正在耶穌與人類結血親的那日，如德亞人給耶穌舉行了侮弄僞王的加冠禮……屈膝耶穌面前，笑着，喊着，叫：「如德亞王萬歲……」以後掌擊他的雙頰……用蘆葦痛打他的頭……向他臉上唾吐……

善情：

威嚴而至欽敬的國王！誰摧促你，給這顛狂癡愚的人衆樹立這受玩弄和卑下的旗幟呢？這或者是救人類必要的條件……我的耶穌！你向聖父的禱詞，已足以救贖我們，足以使聖父

Itaque ego quoque acutas spinas in tuum divinum caput toties infixi ac quidquid ex mente mea pullulavit, nisi bonum, complexa aculeorum tibi corona fuit.

Oh si nunc saltem incipiam talia detestari tuumque spinarum diadema mihi sit mortificationis et modestiae symbolum ac mente non ad aliud, nisi ad divinum majestatis tuae decorem intendam. Amen.

### 3. Ecce homo.

Milites Pilati tandem de propria contra Jesum ferocia lassati sunt: iniquus autem judex, cogitans crudeli spectaculo finem imponere, Jesum, sicuti erat, vacillantem, probroso ac ludicro illo vestimento regali indutum, diademate ludibrii redimitum, sanguine et sputis foedatum jussit ad se adduci.

Parum ei vitae superesse videbatur et adversarii ejus ita contentari debuissent, quin ipse judex cogere ad pronuntiandam mortis sententiam in moribundum insontem.

Praecepit igitur Jesum super quoddam ascendere podium et ostendens illum plebi coadunatae dixit: *Ecce homo!* Quem adduxistis ad me tanquam reum; sed nullam invenio in eo causam.

Tunc plebs, a principibus et senioribus excitata, clamore magno petiit: *Crucifige eum!* Pilatus vero

寬恕我們，然而你願意彌補聖父因人的諸罪惡，所損失的光榮……

我多次犯了罪，用長刺冠箍在你的頭上。我明悟裏幾時有了惡念，就如又編成刺冠，重新給你戴在頭上一樣！

而今而後我要詛咒我所有的惡念，時時拿你的刺冠作我克苦惡念的標記，使我的悟性，只貪求你的榮耀，蔑視一切世物。亞們。

3、 『請看斯人』

比拉多的兵士們在這私刑中，野蠻殘暴的獸性，完全揭露了，罪惡的比拉多還夢想着目的必達。命令兵士將耶穌領到他面前。耶穌身披紅袍，頭戴茨冠，雙手緊縛，插着蘆葦，臉上交流着汗與血，更有青腫的兩頰上帶着點點的唾液。

耶穌的死期，即在旦夕，他的仇敵不能不共同謀圖，逼迫審判官宣布這無辜的死案。

比拉多領着耶穌，步至庭外，向衆百姓們說：『請看斯人』 『是你們給我領來的，我在他身上，查不出有什麼罪』。

ad haec ait: Ecce coram vobis interrogans non inveni illum culpabilem, sed neque Herodes.

Et sciens quia per invidiam Jesus traditus fuerat a summis sacerdotibus, ait plebi: Juxta consuetudinem paschalem vobis dimittendi unum reum, ego dimittam regem Judaeorum.

At illi clamantes responderunt: *Non hunc, sed Barrabam!* Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris, quia hic, se regem faciens, contradicit Caesari. Tolle, tolle, crucifige eum! Et invalescebant clamores eorum.

Inhonestus judex, timens ne Romae accusaretur a Judaeis ob injustitias, invite quidem, sed ignave concessit illis Jesum crucifigendum, et non sine hypocrisi simulavit se innocentem esse a sanguine justi illius, lavans manus coram populo.

Qui maxima ingratitude et impietate clamavit: *Sanguis ejus super nos et super filios nostros!* —

### Affectus.

Ecce damnatus es, innocentissime Jesu! Mortem subire debuisti, eo quod bonitati tuae et Patris placuerit, ut tua morte turpissima pro peccatis hominum satisfaceres.

Peccatores enim, levi tuo jugo rebelles, sese addixerunt mortiferae diaboli servituti et in seipsis vitam tuam spiritualem occiderunt. Tu autem, o bone Jesu,

司祭長及長老們煽惑百姓，叫他們高聲喊叫說：「釘死他！」比拉多向他們說：「我在你們面前，審問了他，我並查不出他一條罪來」，黑落德也是如此。

比拉多深知耶穌的被告，完全由於司祭長官紳們的嫉妒，原不干民事，便向百姓們說：「你們有一舊習，於巴斯卦節日，我給你們釋放一個犯人，如今我給你們放開如德亞人王」。

衆百姓喊叫着說：「除掉這人，給我們放開巴拉巴，你若釋開此人，就不是該撒的忠臣（朋友），凡自己爲王，就是背叛該撒。……除掉他！除掉他！釘死他！」民衆的狂叫，已不可理喻至此了！

比拉多畏懼如德亞人在羅馬總皇前告他不公，終於准許了百姓的要求，下了簡短的斷決，讓他們釘死耶穌，又命人取水，當衆洗手，文過白白說：自己對這義人的血是無辜的。

衆百姓都舉手拍胸，挺身擔保的答說：「願他的血，歸於我們及我們的子孫身上！……」



factus obediens usque ad mortem crucis, rebellionem peccatorum morte tua superasti vitamque perditam nobis reddidisti.

Nunc te adoro, Jesu mi, meum Regem et Salvatorem, Deum meum, Regem amoris et doloris! Quando Pilatus ad Judaeos de te dixit: *Ecce homo!*.. *ecce rex vester!*.. tunc Pater caelestis et Maria mihi quoque dixerunt: *Ecce filius meus!* *ecce Rex Salvator tuus!*...

Cum Virgine Matre, cum dilecto tuo discipulo Joanne et cum Magdalene te adoro, tibi patienti commiseror atque meipsum detestor, propterea quod peccatis meis ego quoque te condemnavi.

Cupio reverti ad Patrem, quem omnibus viribus meis adoro. Adoro Te, a Patre mihi traditum in mortem salutiferam! O in aeternum Benedicti tu cum Patre in Spiritu sancto. Amen.

#### **Fructus.**

Actum aliquem mortificationis tibi proponas, praecipue interioris et contra sensuum inclinationem ad superflua.

善情：

無罪的耶穌！你被處死罪了，你應當死，這是你美善及聖父所樂意的，因着你的淒殘的死亡，完贖了人類的罪惡！

罪人拒絕你的甘飴之軛，而甘作魔鬼的奴隸，將你從他們心中殺死。好耶穌！你順命至死，且死於十字架上，以死亡戰勝了犯罪人的叛逆，給我們恢復了已喪失的生命。我的耶穌！我今朝拜你，認你是我的君王，是我的救主，是我的天主，是我愛情又苦痛的君王！當比拉多指着你向如德亞人說：『請看斯人』『請看你們的國王』的時候，天主聖父及聖母瑪利亞彷彿也問我說：『請看我的愛子！請看你的救世君王』一樣。

我同聖母，你的愛徒若望及瑪大肋納一齊欽崇你，一齊痛哭你的苦難，詛咒我自己及我的罪惡。

我為得着善死，我要回到聖父面前，全心全力欽崇他和欽崇你，願你與聖父及聖神永受讚頌。亞們。

效果：

要修一種克苦之德，特另是克制內心的壞趨向，相反過勝的貪求！

## F E R I A VI.

---

### **Iter ad Calvariae locum, crucifixio et mors Jesu.**

---

#### **1. Jesus crucem bajulans.**

Prolata sententia, Jesus, ut recognoscatur a cunctis tamquam morti condemnatus, propriis vestibus iterum induitur a ministris et ponderosa oneratur cruce. Simul cum duobus aliis ad mortem damnatis, cum turma ministrorum, militum et inimicorum, cum curiosorum multitudine et corona devotorum, Jesus viam arripit ad Calvariae locum, locum supplicii.

Pro Jesu crux est punitio nostris peccatis debita, sed simul altare super quo ipse, propitiationis agnus, pro salute populi hostia offeretur. Vere innocens Isaac, ipse humeris suis ligna bajulat pro sacrificio suimetipsius; ipse reconciliationis summus pontifex, libenter pergit ad sese immolandum per manus iniquorum.

Sed viribus deficit et cadit; Cor ejus divinum novo angore premitur dum obviam habet Matrem dolentissimam; cumque crucis pondus amplius sustinere non valeat, Cyrenaeus angariatus a militibus illam portat.

星期五(瞻禮六)

## 耶穌肩負十字架，被釘與死亡

### 1、耶穌負苦架

判決後，爲叫人人皆知耶穌是該死之人。兵士們給他穿上原來的衣服，又拿一大木十字架，令之肩負。同時還有兩個伴他一齊受釘的強盜。旄旗導於前，騎卒擁其後，狹小崎嶇的街道上，塞滿了好奇看熱鬧的民衆，此外又有熱心的善靈魂們跟着。耶穌從羅馬總署門前出發，向着加爾瓦略山，法場進行。十字苦刑是耶穌爲了我們的罪而應受的刑罰，又是耶穌的祭壇。在此祭壇上，無罪的羔羊，爲救人類，自作了犧牲。他就如昔日的依撒各，自己背着燔祭的柴木，他是調和的大司祭，自願犧牲在惡人手中。

耶穌力疲筋盡，跌倒在地；在中途遇見了他痛苦之母，他的悲痛愈加劇烈？耶穌實在不能再支持這沉重的十字架了。兵士們怕他死在半途，故強使一外方人名西滿者，幫助背十字架

Consolatur atque monet pias muliēres, quae flebant super eum, saepiusque decidens, tandem pervenit ad locum, sed ita exhaustus, ut ad miserationem excitet omnes, praeter Judaeos et peccatores!...

### Affectus.

Salvator mi! Tua piissima caritas erga peccatores vere infinita demonstratur, quia diligis et succurris, sicut solus Deus amans et succurrens facere potest.

Quinque abhinc diebus ante populus laetis vocibus tibi acclamavit: *Hosanna! Benedictus qui venit in nomine Domini!*... et hodie te ejicit e civitate tanquam sceleratum. Tunc te duxerunt equitantem velut in triumpho et ante te straverunt vestimenta sua in via: hodie, latronibus sociatus, corruis super vultum tuum in terram, oppressus sub ignominiosae crucis pondere!...

At insuper tu volens properas ad moriendum pro ipsis, qui tibi mortem inferunt, ut eos a morte eripias aeterna ac vitae in aeternum duraturae restituas! Quis alius, nisi infiniti amoris Deus, sic amare potuisset et tantum misericordiae praestare ipsis inimicis?...

Ah! mi Deus, qui amoris tuo nunc correspondere detrectat ac vitam tuam hic vivere negligit, nonne justissime damnat se ad mortem sempiternam?...

女子心柔情熱，易動慈悲。見耶穌顛踣欲死，便動了惻隱之心，悲泣不已，耶穌却安慰了她們，鼓勵了她們。耶穌負十字，一步一顛，多次跌倒在地。重大十字架，壓在他疲倦的身上。行行重行行，耶穌一行人衆，已來到加爾瓦略山上。耶穌的殘狀，除如德亞人和罪人外，引起了多人的憐恤和同情。

善情；

我的救世主！你對罪人的愛實在無限，因為你的愛和援助，獨有愛人的天主有。

百姓們在前五天，都興高彩烈，高聲歡呼：『賀撒納！因主名而來者，其受讚頌！』今天都由城內將你逐出，以犯人視之；前五天他們領着你進城，猶如舉行凱旋式的盛會，都用自己的衣服，舖在你要經過的路上；今天却使你與盜犯爲伍，以增加你的恥辱；伏在地上，面容污陋，汗血點點滴滴，將大十字架重壓在你的身上……

你甘願爲致你死的人死去，使他們能擺脫永死，恢復他們

Sine, Domine, ut nunc tibi obvius veniam cum tua Matre SSma, ut aequo animo crucem meam amplectar, patienterque perferam angustias quomodolibet a tua providentia dispositas; imo vero, pias animas imitatus, tuam considerem Passionem, peccata mea defleam atque detester neque amplius committam. Amen.

### Fel, clavi, agonia.

Cum ad Calvariae locum pervenissent, ministri executores auferunt Jesu vestimenta, nedum dolorem vulnerum, quibus adhaerebant, renovantes, sed etiam illi confusionem ingerentes propter denudationem coram multitudine.

Quasi parum fuerit Jesu tot in corpore dilacerato et exhausto febris ardore cruciatus perferre, confusionemque in anima, milites iniqui cogitaverunt ejus etiam viscera torquere fellis et aceti amaritudine.

Extensus deinde super crucis patibulo, atrociter eidem configitur, suae Passionis crudeliorem portionem ita subiens.

Extendit Jesus manum dexteram, quae mallei super clavum ictibus perforatur et cruci affigitur, ac deinde similiter affiguntur manus sinistra et pedes.

Quis nunc enarrare aut mente saltem concipere valeat Jesu spasmos in corpore, maerorem in corde,

的永生。獨有無限愛的天主，這樣愛人施惠，別人誰能這樣呢？……

我的天主！謗訕你愛情及疏忽度你生活的人，不是定自己的永死麼？……

主！求你讓我同你的聖母隨着你，平心背我的十字架，忍耐你聖意所願意的。效法那些熱心的靈魂，默思你的苦難，痛哭我的罪惡，定志再不復犯，亞們。

2、酸醋苦膽，粗大鐵釘，最後掙扎。

出西門不遠，便到了法場——加爾瓦略山——兵士們將耶穌的衣服脫去，耶穌自受鞭笞後，身上處處傷痕，又加途中屢次跌倒，汗血衣服都沾在身上。粗野的兵士們不顧一切，用力向下扯；耶穌身上的皮肉一片片的帶下來，而受那裸體的羞辱。

醜惡的兵士們，還以為耶穌所受的苦不多，故又取出酸醋苦膽來給耶穌喝，難為他的胃腸。

以後耶穌躺在十字架上，伸開兩手，讓他們釘住；耶穌這



angores in animo?... Spinae alte in capite confixae..., clavi manus et pedes transfigentes..., cutis tota dilacerata, membra contusa, viscera siti arescentia..., poena pro Matre dilectissima dolore confecta..., insultus, convicia atque blasphemiae ab impiis inimicis prolata..., ac demum etiam a Patre caelesti mystica et ineffabilis desolatio!...

### Affectus.

Omnia ad tuam agoniam concurrere debuerunt, quibus atrocior redderetur et tam crudelis evaderet ex parte inimicorum quam longior ex parte tua, o bone Jesu! Odium namque Judaeorum aliud non habuit, quo amplius te cruciaret; sed et tua caritas tibi augebat incomprehensam patiendi capacitatem et pietatem.

Ecce pendes cruci affixus; caput tuum adhuc redimitur et pungitur spinarum aculeis; facies est tumida, sordida sputis, sanguine coagulato et pulvere deformata!... Solummodo caput movere potes, sed ut magis torquearis: nam si ad crucem illud inclinas, spinae altius infiguntur; si declinas super humeros, hi compunguntur aculeis; si ad pectus demittis, tunc propter pondus dehiscunt vulnera manuum... Hoc autem terribile martyrium in corpore vix adumbrat illud horribilius quod in anima sustines....

時才受了他蒙難以來最殘痛的刑罰，最後同樣釘了他的兩足。

誰能敘述或誰能想像耶穌肉身的殘刑？心中的憂傷，及靈魂上的苦惱呢？……荆棘深入腦壳……鐵釘穿透手足……皮膚破傷、四肢擊碎，五臟欲焚，心肝如炙，燥渴之苦，實難形容。目擊親母，慘痛何止？……司祭長和兵士們往來十字架下，以勝利自居，不時還說上一兩句刺心語，加增他的苦痛；無知的愚民，也跟着他們一吠百應的譏笑着，咒罵着……耶穌在這嚴肅淒涼的景象裏，與死亡力鬪着，承受那臨終的巨苦。當時天上的聖父，爲完成他聖子的全燔之祭，也捨去他片時的愛護，離棄其頃刻的慰藉，任聖子墮入極苦無底的深淵……

善情：

好耶穌！同趨於你苦難而更殘酷的一切，由仇人方面說已經够殘暴了，由你方面說，你是更較爲急切，苦痛雖大，而不憊其久長。你的仇人難爲你的方法，再沒有更殘戾的。然而加大你忍耐能力的，那只有你的愛！你懸在十字架上了！你的聖首帶着刺冠，受長刺的劇痛，聖容膨腫，滿面唾沫，汗血凝住

O me infelicem, qui peccatis meis tuam Passionem adauxi, ac deinde tepiditate vel torpore velut obrutus, vitam peregi nec attendi ad tuos cruciatus recolendos, ad hoc amoris et doloris mysterium perpendendum, te derelinquens afflictum et desolatum!

Consuetisne deinceps ineptiis occupari pergam, Domine mi crucifixe? Minime, Domine, sed crucem tuam amplectar, ut exinde tuum amorem patientem, meam ingratitude ac peccati foeditatem discam et malitiam. Amen.

### 3. Mors Jesu et S. Cordis lancea vulneratio.

Pauca eaque brevia vitae momenta remanent Jesu, qui suum condit testamentum. Relinquit peccatoribus suam misericordem precem ad Patrem; conversis donat caelum, atque sibi devotis propriam Genitricem Matrem assignat; fideles omnes, tanquam ad suum spiritum pertinentes, commendat Patri, eorum sitiens salutem.

Docet nos timere malum valde ingens, derelictionem a Deo, et ita impletis omnibus pro salute nostra, clamat: *Consummatum est!* atque tandem violentiae caritatis et doloris, capite reclinato, succumbit. Moriente Jesu caelum obtenebratur, et ipsa insensata natura mortem Creatoris persentit et contremiscit ac illam proprio denuntiat eloquio. Sol obscuratur, terra

，醜貌難以形容。……

你的頭還可以動轉，這樣也不過增加你的痛苦而已；你的頭如果後倚木架，荆棘的長刺，會更劇烈的刺入腦壳；如果頭側倚肩上，荆棘則深入肩膊，如垂至胸部，爲了全身的重量，而加重了兩手的痛疼……你聖身上所受的苦，僅僅遮掩了你靈魂上所受之苦……

我是無福的人！我的犯罪加增了你的苦，我是如此的薄情怠惰，不注意你的苦難，不知報你的愛，時常離開了你，不知安慰你。

被釘的主！我日後還叫不良的惡習慣，佔據我麼？主！我總不再這樣了，我要愛你的十字架，學習你的忍耐，認識我的負義，及我罪過的酬惡。亞們。

3、耶穌崩逝，肋膀被刺。

耶穌不久就要去見他的聖父，不久就要完成他愛情的遺囑。他在十字架上給他的仇人，遺下愛仇的大道理，爲仇人求救，以絕大的仁慈，使回頭的人得升天國，在自己臨終訣別之前

concutitur, petrae fractae sunt, velum templi in duas scissum est partes, ipsaque monumenta aperiuntur suaeque jura cedunt vitae novae orienti de morte Salvatoris. Gemunt pii, tremunt mali, Centurio et milites, timentes valde, dant gloriam Filio Dei: *Vere filius Dei erat iste!*, ac turbae revertuntur percutientes pectora sua!...

Sacrum corpus Jesu pendet exanime de cruce, sed ad efficacius testimonium habendum de morte ejus, ac in pessimae voluntatis signum, unus militum lancea latus aperuit et Sacrum vulneravit Cor, unde manaverunt ultimae stillae sanguinis et aquae.

Corporeum et visibile lanceae vulnus pectus et Sacrum Cor Jesu receperunt; ast purissimum Cor et anima SSmae Virginis Matris gladio doloris transverberata sunt.

### Affectus.

Divinum sacrificium expletum est, tuque, Jesu, hostia propitiationis pro omnibus, sicut et pro me, immolatus es!...

Quid nunc mihi faciendum superest, nisi flere et aliquid agere ad peccata mea expianda, dum tu ad hunc finem totum sanguinem tuum effudisti?

Quidve melius faciam, quam in amore et dolore voluntatem meam tuae divinae conformare voluntati,

，將自己的親母，托於愛徒若望，俾得晨昏定省有人，而聖母得頤養天年；又將一總信徒托給天主聖父，關切他們的得救。

教訓我憎惡罪過，及離棄天主的罪；他的使命，他救世的工程，已全部完成，於是他高呼的說：「完了」，受着愛和苦的強迫，低了頭，交付了靈魂

耶穌才死，許多異象，頓時發生，天色忽然昏黑，表示造物主的崩逝；大自然莫不悼傷哀戚，而代鳴不平，太陽失光，地動山崩，殿中帳幔，從上而下分開，墳墓自闢，許多古聖先賢的屍身，在耶穌復活後，隨着復活起來；善良的靈魂，依然悽傷不語，惡人們戰驚心寒，百夫長與兵士們都十分畏懼，大聲歸光榮於天主子說：「這人真是天主子」！在那裏站着觀看的衆人，見了所出現的這些事，都槌着胸回去了……

耶穌的屍身尙懸在十字架上，惟有一個兵士想要知道耶穌是否確實死去，乃以長槍札開了他的肋膀，因為長槍深入心中，立刻有血及水流出來。

耶穌的心與胸接受了這種有形可見的創傷；而在場的聖母

dum tu eo usque me amasti, ut totum teipsum, obediens Patri, pro me traderes?

Ita, Domine mi! Quaeram humilitatem sectari, mansuetudinem, patientiam et caritatem erga omnes ac praecipue in eos, qui mihi utcumque fuerint vel essent causa maeroris.

Non habeo Joannis innocentiam, aut poenitentiae ardorem sicut Magdalene, sed neque conversionis alacritatem sicut bonus latro; attamen nolo esse cum deridentibus te vel te potantibus aceto ingratitude. Tu praesta, o bone Jesu, ut omnibus rebus et mihimetipsi moriar, tibi que impensius vivere incipiam. Amen.

#### Fructus.

Si nondum patiendi desiderium, saltem aequanimitatem et patientiam in adversis studeas habere.

---

聖心，却被一把利劍刺透了。

善情：

天主的獻祭已經完了；耶穌！你爲人類自作了贖罪之祭品，爲我犧牲了！……

現在我可作什麼呢？惟有痛苦自罪，專心洗滌我的過犯，這正是你流血汗的目的。

沒有一件事比摯誠的棄絕己意隨從天主聖意更好的。你直至今日還愛着我，犧牲了自己，順從了天主聖父的命令。吾主天主！我願意修謙遜之德，對於一總的人要良善忍耐愛慕，另外願意善待那使我憂傷的人們。

我沒有若望宗徒的無罪，沒有瑪大肋納的懺悔，也沒有右盜回頭的迅速，到底我不願和那些嘲笑你，給你苦膽喝的人同黨共謀。好耶穌！使我死於世俗，死於自己，起頭度你聖善的生活。亞們。

效果：設使尙無忍耐之志願，至少在逆境臨頭時，要靜心忍受。



# S A B B A T O

---

## Jesu e cruce depositio, Sepultura et resurrectio.

---

### 1. Jesus e cruce deponitur.

Inter tenebras ac stuporem ob mortem Dei-Hominis, duae turmae sibi invicem oppositae, devotorum et inimicorum ejus, adhuc eum contrario affectu prosequuntur, pietate scilicet et odio.

Adversarii, parvipendentes enorme scelus tanta rabie commissum, quo rei facti sunt sanguinis innocentissimi Jesu, nunc scrupulo anguntur ne crastina die sollemni Sabbati et Paschatis videre cogantur corpus e cruce pendens: ideo lancea pectus ejus transfigi fecerunt, quo certissima esset mors ac deponi posset e patibulo.

Devoti autem, intimo dolore gementes, extrema obsequia victimae praebere student. Propterea Joseph ab Arimathaea a Pilato obtinuit corpus Jesu, et cum Nicodemo de exequiis et sepultura curam gerit.

Inconsolabilis Mater, adstante Joanne, Magdalene aliisque piis mulieribus, nunc parumper effundere potest suum ineffabilem dolorem, quo anima ejus, velut gladio acuto, transverberata fuit.

星期六(瞻禮七)

聖屍由架卸下，埋葬與復活。

1、耶穌聖屍由架卸下

耶穌人而天主子死後，在黑暗驚懼中，兩隊不相容的人就是他的好友和他的仇人，還對他懷着冰炭不相容的情緒，便是愛與憎。

他的仇人，對於由絕大的怒恨而犯的彌天大罪，毫不介懷，自己已成耶穌無罪聖血的罪犯，當日下午還焦急着，不願在明日的巴斯卦大慶日上，看到懸在十字架上的聖屍；所以先用長槍刺傷他的肋膀，催他快死，死後，可以從架上卸下。

他的好友，却不是這樣，對於他的無罪慘死，已感到絕頂的痛苦；他犧牲了之後，大家都忙於他隆重的喪禮；於是若瑟亞里馬底向比拉多要還了耶穌的聖屍，同了尼各德慕一齊照顧耶穌的殮葬。

Agnus immolatus e cruce deponitur et illius quondam Jesu, decore divino speciosissimi et suavis, animos ultro sola praesentia rapiens, Mater dolentissima brachiis constringit squalidum corpus exanime, foeda specie deformatum livoribus, vulneribus, coagulato cruore respersum et pulvere.

Ipsa velut fluctibus maeroris submersa, praeter acerbissimam Filii Passionem et immensam caritatem, nihil insuper discernit nisi peccati nequitiam et enormen hominum ingratitude. Impietas humana et caritas divina adverso itinere concurrerunt ad suum Jesum immolandum!....

### Affectus.

O Maria, Mater maestissima! Ecce in tuo Jesu et in te adimpleta Simeonis prophetia! Ex illa die anima tua vitam incepit vivere Redemptoris; at nunc, ex quo ipse pati cessavit, tibi amabili Corredemptrici datum non fuit mori cum illo! Ipse suam Passionem explevit in se; attamen ex sua bonitate adhuc pergit pati tecum et cum omnibus sequentibus se, qui capiti uniti tanquam mystica membra, unusquisque adimplebit in carne propria ea quae desunt passionum Christi pro corpore ejus quod est Ecclesia. Expiatio culpae perennis erit poenarum toleratione, et Jesus hoc sacerdotale munus, o Mater afflic-

失去安慰的慈母，同在他面前的若望，瑪大肋納及別的幾位聖婦們，稍微可以洩露一點自己喪子的痛苦，這種苦痛猶如利劍穿心，刺透她的靈魂

無罪的天主羔羊，從此算是作了贖罪的犧牲。聖屍卸下來了。昔日是滿面春風，至甘至飴，富有天上神情，一望生慕的耶穌。現在呢？他悲痛欲絕的親母，展開雙臂，緊緊抱着的，却是死後枯黃的聖屍。他的聖面 血青傷痕，不像人樣，渾身是膠凝的血塊，血塊上還布滿着灰塵。

她已深深沉入苦海，一陣一陣如狂風怒濤的痛苦，襲擊她負創傷的靈魂，除了她愛兒的慘死，及他無限愛情外，沒有什麼可以使她的肝腸寸斷；使他肝腸寸斷的，只有罪惡的利刃，和人類的絕大無情；人類的無情與天主的慈愛，總算是殊途同歸，都逼着耶穌走上了犧牲之途。

善情：

吁瑪利亞，憂苦之母！看，在耶穌身上及你身上，完全應驗了西默盎的預言。從那一天你的靈魂開始度救贖主的生活；

issima, tibi commisit et omnibus, qui eum sequi voluerint in itinere doloroso.

Sub hoc sensu et affectu materno tu nos Jesu tunc in dolore genuisti, ac vita nostra, per te ex Jesu in nos derivata, debet esse vita doloris et expiationis.

Ego quidem pro caecitate mea potui Jesum crucifigere, carnificum socius effectus per peccata mea; sed sine te, o Mater, nequaquam potero Crucifixi et tuiipsius amorem doloresque corde percipere, et neque iniquitatem meam deplorare.

Eja, pia Mater, doce me Jesum redamare tecum, Passionem ejus recolere, mea detestari peccata, et salutariter confundi quod adhuc tam durus corde sim erga tantam Dei bonitatem!... et alienus a dolore vel minimo pro Jesu tolerando...

## 2. Sepultura Jesu.

Jam advenit hora Jesum recondendi in sepulcro, quae operatio animarum fidelium pietatem demonstrat et quaedam documenta suggerit eis, qui utiliter Passionem Domini meditari desiderant.

Nicodemus abundantem praeparavit mixturam aloës et myrrhae, ac Joseph mercatus est sindonem mundam; prope crucifixionis locum erat monumentum novum excisum in petra.

如今他算了結了這一筆吃苦賬，可愛參與救贖者的你，卻沒有得到與他同日死。他本來已完成了他受苦的使命，但是因為他是愛情，還願意與你同受苦難，同一切跟隨他的人同受艱苦；他們是與頭相連的神秘肢體，各自該在自己身上，完成基多苦難爲自己神秘身體——聖教會——尚未完成的事業。贖罪的二法門就是永遠忍受痛苦；吁！悲痛萬狀的母親！耶穌將這司祭的責任委託給你，並一切願在十字苦路上跟隨他的人。

在這慈母情腸之下，你痛苦的產生了我們，因着你由耶穌那裏得來的生命，應當是痛苦的生命，贖罪的生命。

爲了我的盲目，我釘死了耶穌，因着我的罪，我成了殘殺天主而人的兇手伴侶，但是，我的母親！沒有你，我總不能澈底認識釘於苦架的耶穌之愛及你的愛，也不知悔恨己罪。

嗚呀！仁慈之母！教訓我以愛報耶穌之愛，同你一齊追念他的苦難，詛咒我自己的罪，使我羞愧，直至今日，對天主無限愛情，尙毫不動情，心硬如石，爲受難的耶穌，不肯吃苦：

2、埋葬聖屍。

Ungitur sacrum corpus ac linteo involutum et ligatum reconditur in sepulcro, lapide ad ostium revoluto, ne ulla furtiva fieret violatio. Considera quoque caecam perfidiam inimicorum Jesu, quem jam defunctum adhuc persequuntur. Principes enim sacerdotum et pharisaei convenerunt ad Pilatum et dixerunt: Recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum, ne discipuli ejus veniant, rapiant corpus et dicant plebi: Resurrexit! et peior fiat confusio quam antea.

Pilatus assensum dedit et ipsi euntes ad sepulcrum, signaverunt lapidem, ponentes milites qui custodirent monumentum.

Hae circumspectae cautiones inimicorum Jesu mirabiliter contulerunt, ut resurrectionis miraculum ipsi milites testarentur, atque Judaeorum maligna pervicacia inexcusabilis redderetur.

### Affectus.

Adoro tuam pietatem infinitam, o bone Jesu! Postquam enim pro me in holocaustum te obtulisti, ac vulnerari permisisti amantissimum Cor tuum, quod neque ipsa morte mutavit modum, sed apertum manet salutis refugium peccatoribus, nunc vis descen-

已到埋葬耶穌的時候。耶穌聖屍的埋葬，給他盡忠的靈魂發顯了孝愛的一個絕好機會，給默想耶穌苦難感得興趣的人，以取之不竭，用之不盡的寶庫。

尼各德慕預備了大批的蘆薈和殓藥香料；若瑟買了一方潔白的殓布；在被釘的地方不遠，有一個由石壁中新鑿的墓穴。聖屍塗抹了香料之後，用白布裹好，便安在墳墓裡，末後，又把一塊大石把墓門封住了，以防不測。

現在你再想像耶穌的仇人。耶穌已經死去，他們還不甘休，還向已死的聖屍，嘔氣洩恨；司祭長及法利塞人跑見比拉多說：「我們記得，那欺騙人的叛賊，在世時，曾說過：『三天以後我要復活。』」所以懇請派人看守墳墓，免得他的徒弟暗中跑來，偷了他的屍首，而後向民衆宣稱他復活了，那就更糟了。」比拉多慨然首允，他們高興的去了，走到墓穴裏，在墳的大石上蓋了封印，並置兵看守。

這一回耶穌的仇人真弄巧成拙，反害了自己；看守墳墓的兵丁，反成了耶穌復活的證人，親眼看見的證人使猶太人固執



dere in sepulcrum, ut ego mortem non timeam, sed expectem a te gratiam resurrectionis.

Necessarii tui docent me, quibus animi dispositionibus in cor meum te recipiam, simul monentes ut pertinaciam et hypocrisim fugiam inimicorum tuorum.

Aloë mortificationis symbolum est et myrrha redolent cordis poenitentis fragrantiam: linteum significat munditiam animi a terrenis affectibus purgati, dum in horto sepulcrum excisum in petra docet qua sollicita cura a mundanis me custodiam in horto religionis.

Si gratia tua adjutus haec ego praestem, tentationes ipsae non nocebunt mihi, sed potius ad effectum deducunt tuae pietatis consilia super me. O dulcis amor meus Jesu, adimple in me redemptionem tuam et fac ut tibi respondeam, atque Passionis tuae meditatio excitet in me desiderium te recipiendi in adorabili Memoriali caritatis et mortis tuae. Amen.

### 3. Piae mulieres ad monumentum.

Maria Magdalene et altera Maria (Salome) cum reliquis mulieribus, quae secutae fuerant Jesum, aspiciebant quomodo corpus ejus in monumentum inferebatur, sedentes et flentes contra sepulcrum.

Deinde domum reversae, emerunt ac paraverunt aromata, ut perendie venientes plenius ungerent

於惡的醜態，義不容辭，實足以遺臭萬載了。

善情：

吁！良善耶穌！我朝拜你無限的愛情。因為你爲我作了全燔之祭以後，還允許人刺透你的心，真是身死而心不死；一槍刺透，心門洞開，做了罪人的避難所。如今你又甘心願意睡在墳墓裡，叫我不以死爲憂，反願死去，好在你的聖愛裡等待來日的復活。

埋葬你的人，教訓我該以何等心緒接受你到我心裏來，並告訴我千勿步走你仇人的後塵，固執於惡，僞善欺人。

蘆薈是克苦的象徵，殒藥是樂意作補贖者的心香，白殮表示不懷世情靈魂的純潔，園中的墓穴是修會的寫照，教訓我在修會怡園內，該怎樣生活，一心不染世俗氣，身在世上，心飛天上。

若你的聖寵扶助我，一切誘惑於我又何懼之有？反使我有機會履行你在我身上所負的希望。

吁！甘飴的聖愛！我的耶穌！求你在我身上，完成你的救贖吧！使我賠償你的愛，默想你的苦患，發愛你之情；追憶你

corpus Jesu. Et sane transacto Sabbato, absolutæ quietis die, summo mane surgentes iverunt ad sepulcrum, ferentes aromata.

In dubio autem quis eis removeret lapidem ab ostio monumenti, illuc pervenientes viderunt lapidem amotum et sepulcrum vacuum.

Statim ac a stupore convaluerunt, properarunt monere Apostolos, et Maria Magdalene reversa est ad monumentum, lugens inconsolabili fletu Jesum ereptum fuisse!...

Sed tunc reliquæ mulieres ab Angelis et ipsa ab eodem Jesu meruerunt audire nuntium resurrectionis ac frui dulcissima Redivivi præsentia!...

### Affectus.

O gloriose Redemptor meus Jesu! Resuscitasti, Domine, et acerbissimæ Passioni tuæ successit triumphus æternus! Oportuit te pati, ut in gloriam intrares Salvatoris, ac ita tu, prædestinatorum exemplar et caput, eisdem viam sequendam præsignasti.

Tu eis optabile fecisti pro te pati ac ope crucis tuæ eis inimicos superare dedisti. Paradisi januam iterum aperis illis, qui commortui tecum et consepulti, didicerunt Passioni tuæ commiserari et compati, nihil præterea formidantes quam periculum te amit-  
tendi.

的無限愛，及爲愛而死的喪亡，切願你來到我的心中。亞們。

### 3、善婦趨墳。

瑪利亞瑪大肋納同了別一個瑪利亞（撒樂美），還有別的几个跟隨耶穌的婦女，望了望耶穌聖屍怎樣安放在墳裡之後，坐在外面，對着墳墓痛哭。

哭完了，便都回了家，買了香料，預備後天再去敷抹耶穌的聖屍。休息日，一個絕對的休息日一過，清早起來，帶了香料，往墳地走去。

她們一身擔憂的，是有誰將給她們揭開墓門大石？聖婦們正抵達到墓門，發見那塊大石已轉倒在一邊，又見墓中一空。

於是她們立刻大驚失色，趕快跑回去告訴宗徒們；瑪利亞瑪大肋納獨自到了墳上，靠在墓外，悲傷過度，嗚咽的哭開了，哭耶穌的聖屍被人搶去！……

正在這時，別的聖婦們，由天神的報告中，得知耶穌復活；瑪大肋納却從耶穌口裡得知他已復活的喜信，見了他復活後至甘飴的慈顏。……

善情：

Ó in aeternum adorent te cuncta creata simul, Fili dilectissime Patris, tecumque Patrem ac Spiritum Paraclitum glorificent! . . .

Effunde in me, Domine, gratiam tuam et vivam mihiingere Passionis tuae memoriam. Praesta ut affectum meum dirigam ad te in sancto tabernaculo reconditum, ac saepe recogitem quantum dilexisti me, ac teipsum pro me tradidisti non solum immolatione cruenta in cruce, sed et mystica oblatione in Sacramento Eucharistiae, unde teipsum praebens in cibum et potum, simul fructus redemptionis cunctis fidelibus omni tempore et loco distribuis.

Fac ut ibi te requiram, tibi ministrem ac tandem te gloriosum in caelis videre merear. Amen.

---

吁！光榮的救主！我的耶穌！主！你復活了，在你百般苦難後，你獲得了永遠的凱旋！你應該吃苦，才能得到救世主的光榮，也只有如此，始得為萬世預備者的表率 and 領袖，如此才能給他們得常生該取的途徑。

你先吃苦，才能使他們甘心為你茹苦含辛，才能以你的十字架之權威，使他們得勝他們的仇敵；你給一切與你同死同葬，知道向你苦難表同情的人重開天門；所以他們什麼都不害怕，獨害怕丟了你。

聖父極愛的聖子！萬物永遠膜拜你；同你一齊朝拜光榮在天的聖父及聖神。

主！求你給我的聖寵，使我一生只為記念你的苦難，使我一生常向生隱於聖體的你；常記念你如何愛了我，為我犧牲了你自已，不但是在十字架上施行了流血捨命的犧牲，且在聖體內，還不斷為我舉行不流血而玄妙絕倫的祭祀，把你自已作了人類的食品飲料，使天下萬國的信徒，隨時隨地都能分取你救贖的功勞利益。

使我在找着你的地方，一生服事你，最後得見你榮福無疆於天鄉！亞們。

